M-250

CURSUS PHILOSOPHICUS CONTINENS LOGICAM PARVAM MAGNAM, METHAPHISICAM QUE.

Escrivió este tomo el P. fr. Pablo Escarda hijo de S. Martin de Sant.to Socio del que le tiene ad usum

fr. Thadeo Montes

Comentaria in Universam Aristotelis Philosophiam.

Prefatio



Si mihi sint linguae, horaq; centum, ut cecinit Mantuanus; si cuncta corporis membra vertantur in linguas, ut inquit Hieronimus; si linguis hominum loquar, ut asebat Apostolus, nondum satis exprimere potero (dilectissimi Candidati Minervae) quam sublimis, quam fausta fuerit electio vestra, ex quo vos in hoc amplissimo scientiarum domicilio novilitate venerando ex diversis Provinciis convenientes in unum, intueor Minervae atq;

penetrandi desiderio flagrantes. Feliciter, et amplius, felicem, fortunatissimamq huiusmodi dicerim sortem. Cum enim aliorum Iuvenum mentes vel inani, turpissimoq otio languescunt; vel pessimarum occupationum sitio deturpantur; vel mechanicarum artium honeri, improbo labore fatigante, incumbunt, vestræ (iam nimis amati Iuvenes) ut potequos felitioris sorte maiora vocant, in primordialibus litterarum rudimentis instructæ, artium liberalium Arcem hanelant, sublimioris que, ac solidioris scientiæ havitæ, Philosophiæ limina, luminaq salutant. Hic indagandarum substancia rerum; hic adipiscendæ iucunda fruitio veritatis; hic honestioris argumentum disciplinæ, ubi inter tot discrimina rerum quietas ostendit alma Minerva sedes. O fortunatos nimium sua si bona nolint! —

Germana siquidem Philosophia ē illa optima virtutum Nutrix, morum provitatis mater, nobilis, ac generosi animi comes, quæ suos sic cadidatos intituit: vix eos sinu excipit, cum iam elicit in arenam; vix balvutientem linguam eformat, iam acuit ad diserendum; vix melliore doctrinæ lacte enutrit, iam atribus argumentorum telis devorandos exponit. Ita plane suos exercet alumnos sapientia. Non otioso eos educat in recessum, sed contentioni provocat in certamen: non inter silentia Pitagorica, sed inter certamina Philosophia, non in tenebris, sed in luce, ubi quo plus colligitur pul-

veris, eo plus meretur et laudis. Nemo enim nitidus, ut eleganter Ambrosius, sed pulverulentus coronatur. Aristotelicæ philosophiæ auditor intrepidus emicat in certamen: artem Marte promovet: sapientum alitur expectaculis: faventium studiis enutritur: ex pugnis fortiter pugnatis acrior inardescit. sed qua desteritate utitur diserendi? vim facientem vi repelit; dolo ambientem dolo capiat; fugiendi vias occupantem, more aliquid eludit: suo quemque tempore oportune captat: stratagemata militandi, vel preliandi exercet. Nec accipites belli exitus pertimescit; certam sibi victoriam pollicetur: Philosophus enim disputando nec elanguet, nec superatur. Non abs re quam optimam vos elegisse, dicxerim, partem, dum alacriori animo ad philosophiam properatis.

Ergo agite iam (generosi adolescentes) et quos sicut scientiæ jucundissimi pro lauro fructus, sic et pro certamina laborum series, exercitationisque indefessa palestra manent, ad cuius nostri agones non fesi rerum, non pertesi laborum suberundos atingimini. Ingenia vestra (utinam felicia atque fecunda) ad artium studia, scientiæque indaganda principia properantia, atenta desiderio, et sedulus pro munere voco: ut sic in spatioso litterarum studio Atlete propensiori aplicationem decertetis; sic assidua religiosaque emulatione contendentes, alacri invictoque animo curratis, ut et optatur operis nostri finem feliciter atingatis. Faxit utinam hominumque, Divinumque Eterna Potestas, cuius ut amori, pariterque timori, qui optimum scientiæ initium, juxta illud: initium sapientiæ timor Domini optima quoque ostendit signa finis ad studii vertri

provectus imitamini Leonis magni victus, quaeso, ma
neat autem mente repositus: o quam velox ē sermo
sapientiae, et ubi Deus Magister ē, quam cito di
citur, quod docetur! ut q̄ non deffitiatis, imo faci
atis ī literaturam cū virtute provectus, exortand
us vehementer ē ante omnia divinus ille sapient
iae fons, qui hominum mentes dirigit; irrigat cor
da: Mater deinde eius amabilis dulcissima Virgo
Maria, sub cuius glorioso titulo Moseus nostrus (o fe
lix nota) totus per orbem dignoscitur: orandus ē
etiam Monachorum Pater et dux gratia et nomine
Benedictus; singulariter quoq̄ dilectus Vere
mundus, qui non semel, sed semper ē asteterii
Hirachensis pastor, et rector, cū omnibus legionib.
Angelorum Dominumq̄ Beatorum, quorum patrocin
io irrigat ego vosq̄ rigamini semper, ut ī omni
bus honorificetur Deus, qui est super omnia Bene
dictus. Amen.

Dissertatio Praeambula de Nomine, Existentia, Natura, Origine, et Divisione PHILOSOPHIÆ in communi, ejusque variis Sectis.



Quoniam nec terræ semina comitunt agricolæ, nisi ejus gremio ante molito sulcis, atq; subacto; nec pictores tabulis suis vividos, et mansuros colores imponunt, nisi previo quodam pigmentam prius inbutis, quo velut solo tota pintura substineatur; nec ars omnino reperitur ulla, cujus opera vel minimum duratura, diligenti preparatione non indigeat; sic igitur et nos ne Philosophia, quam trienali spatio Deo favente, pertractanda suscipimus, ĩ salutatam, et absq; omni prorsus cultura, preparatione ve adoriamur, ante omnia ita ejus vultum intueamur oportet, ut ĩ ipso operis ingressu rudiori saltem penicilo, adumbratam ejus efigiem vobis exibere valeam, ut illius intuitu avidius eam prosequamini.

Articulus primus.

De nomine, natura atque existentia Philosophiæ.

Philosophia itaq; qua veteres olim sapientiam appellabant, græca quidem vox ê, et quæ latine versa idem sonat ac studium, et amor sapientiæ, inquit Tullius Libro 2 de offitiis. Philosophi nomen prior sibi acomodavit Pitagoras, cum enim veteres plurimi capientis nomen sibi ambiciosius arogarent, illorum vanita

tem carpens Pitagoras eximiae modestiae cultor, solum Deum sapientem agnoscens interrogatus aliquando a Leontio Rege, an sophus, seu sapiens esset? non sophum seu sapientem esse respondit, sed Philosophum, id est sapientem amatorem. Cuius modestia posteritati ejus ita complacuit, ut ad nos usque pervenire fecerit tele vocabulum. Nihilominus tamen illud jam usu obtinuisse videtur, ut cum dicimus Philosophiam, divinarum, humanarumque rerum cognitionem per causam intelligimus: nihil aliud est philosophari quam rem per causam cognoscere, ac propositae rei cuiuslibet rationem afferre.

Qua propter quid sit Philosophia sciscitati sic autem respondetur: divinarum humanarumque rerum scientifica cognitio: seu melius ut totam ejus latitudinem comprehendant: rerum omnium cognitio per causam: id est certa quedam notitia tum Dei ipsius, Divinorumque ejus operum; tum earum rerum, quae ab hominibus pendent, aut ad homines expectant. Per res quippe Divinas Deum ipsum intelligimus, divinaque illius opera: per humanas vero ea omnia quae ab hominibus pendent, quo in genere sunt cogitationes mentis, actus voluntatis, et opera quevis artefacta. De Deo quidem et spiritualibus ejus operibus agit Methaphisica, aut Methaphisicepars, quem Neumatologia dicitur, de corporeis vero tractat Phisica: Logica denique et Ethica circa res humanas versantur; id est circa eas res, quae ab hominibus pendent, cuiusmodi sunt cogitationes mentis quas Logica diriguit adventum, et actus voluntatis, quos ad honestatem Ethicam conformat.

Quia vero non satis est Philosopho

si res ipsas cognoscat, sed earum quoque causas perspectas habere debet, ideo in tradita Philosophiæ definitione additur per causas. Vt enim vere res dicatur, teste Aristotele libro 1 posteriorum capite 2, exploratam oportet esse causam, propter quam ita est. Vg. affirmo, triangulum in circulo conscriptum, seu conceptum esse circulo minus ob ea ratione, seu causa, quod pars sit minor toto, et contentum continente. Hinc enim causæ nomen latius usurpatur; scilicet pro omni ratione propter quam aliquid esse, vel non esse certo nobis constat. Si autem causæ, vel rationes, quibus præfatæ res cognoscuntur, altissimæ sint, ac universalissimæ, illarum cognitio apellatur sapientia. Si vero supernaturales sint, dicitur sapientia supernaturalis, seu theologia. Si autem sint pure naturales, proprie vocatur Philosophia, seu naturalis scientia.

De philosophiæ existentia duntaxat dubitare valebit quia ratione philosophorum primos avertat generis humani parentes, quidquid sentiant Academici, et Pirronici, qui de inventione veri adeo desperabant, adeoque irresistibiles demonstrationibus proprias operabant mentes, ut inde Achatalectici id est, insensibiles dicerentur. Suposita igitur vel in ulti, vel in paucis, vel quod inegabile est in Adamo philosophiæ existentia, qui eam ab Omnipotenti Deo rumeris omnibus absoluta sine ullo labore accepisse dicitur: anteque illius particionem, variasque refferamus secta, ipsius origine investigare superest.

Articulus secundus de origine, et causis Philosophiæ, ejusque reparatione.

Nulli dubium esse puto, nisi forte Ateus scelerati-
ssimus ille sit, qui non fateatur philosophiae originem ab
eo esse reputandam, a quo bona cuncta procedunt, jus-
ta illud epistolae Chatolicae D. Jacobi Apost. v. 17, om-
„ne datum optimum, et omne donum perfectum desursum
„est descendens a patre luminum. Ad hoc ergo patre luminum
repetendus est philosophiae origo. Quare eadem est Philo-
sophiae, ac aliarum rerum efectis causa, nimirum Deus, qui
hoc praestantissimo hornamento naturae humanae pro-
thoplastae, et omnis eruditionis patrem Adamum de-
corare voluisse creditur. Nec immerito; quoniam de-
bebat esse filiorum patrem et doctor, ut observat Doc-
tor Anglicus parte summae theologicae, q. 94 artic. 3.

Cum vero philosophia circa res illas occupata sit, quae na-
turae vires non superant, certis circumscripta est limiti-
bus, ultra quos ipsi progredi nefas est. Hinc quippe
primi parentes Adamus, et Eva, ab ea, qua ornati fue-
re, rerum naturalium scientia sciderunt, quod nimium cre-
duli malo Genio morem gesserunt, sic loquenti Genesios
tertio v. 5: „quoquunque die comederitis ex eo (fructu
nempe vetito) aperientur oculi vestri et eritis sicut
Dii, scientes bonum, et malum. Unde cum ad supernatura-
lem, divinamque scientiam aspirarent, naturalem sibi
que conveniente amisserunt. Post illud primorum Parent-
um pecatum quotquot ex illis deinceps homines sunt pro-
geniti ignarantiae, et pecato noxii nasci cepere; nec ni-
si longo studio, et improbo labore amissam recuperare
potuerunt philosophiam.

His autem gradibus videntur esse progressi

Primo admirati sunt plures effectus; id est, eos atentius suspensoq animo inspexerunt. 2 ex admiratione orta ē cupiditas, seu desiderium causas inveniendi; quaeq ubi fuerunt inventae multis postea confirmatae sunt experimentis. Experientiam enim dicimus „multorum observatione singulariumq, perquam generalis „similium effectuum cognitio tamq ab eadem, aut simili causa prodeuntium confirmatur. Unde ignoratia, quae Mater admirationis dicitur, ipsam admirationem peperit, ex qua diligens causarum orta est inquisitio: tumq inventio multiplici experientia confirmata. Neq enim id simul eodem tempore perfectum ē, sed pede tenti, et quodam temporis lapsu. Quod enim ab his, qui praecesserunt, inventum ē, id ipsum a subsequentibus elaboratum, ac tandem ad perfectionem adductum.

Atque hac quidem de prima Philosophiae causa efectrice, scilicet Deo ter maximo, atque etiam de modo, et industria, quam hominibus tribuit ad ipsius reparationem: nunc de aliis, quas vulgo recenseri solent Philosophiae causis, finali scilicet, et materiali pauca adjungenda. Finis igitur, seu causa finalis proxima Philosophiae, nempe cuius gratia hominibus concessa ē Philosophia, nihil aliud ē, quam cognitio veritatis; remota vero beatitudo nostra, quae ē ipse Deus, ad qem tamq ultimum finem omnes actus humani sunt dirigendi. Causa materialis, sive materia philosophiae, duplex vulgo assignatur. 1a materia, in qua recipitur, quem dicitur illius subjectum. 2 materia circa quam versatur, quae ipsius objectum nuncupatur. subjectum in quo Philosophia recipitur, mens ē humana, sive intellectus, quae perficit; totusq hoō dicitur subjectum denominatum ab ea. Causa materialis, circa quam versatur Philosophia, sive objectum materiale ejus

sunt res plane omnes, quia de rebus plane omnibus agit, aut agere postulat: eedem autem res, quatenus per causas sunt cognoscibiles objectum formale Philosophiae vocantur. Causa denique formalis Philosophiae est nulla; cum ipsa sit forma quedam animum perfitiens, decorans, et quodadmodum formosam faciens.

Nunc tandem restauratae Philosophiae seriae hinc aponere jubat. quamque certum sit apud fere omnes, scientiae naturalis, liberaliumque artium studium in Grecia potissimum viguisse; quod tandem Diogenes Laertius ait in proemio ad vitas Philosophorum, Philosophiam in Grecia natam esse, non secus ac homines ipsos, ac vero prorsus est alienum. Nam ut omittam, quod ait Josephus libro 1 antiquitatum judaicarum capite 3, Setine potest Coelorum ordinem, ac siderum cursu observasse, plurage allia laudato loco videnda: ut haec, inquam omittam; nemo sane inficias ibit, Hebreorum Patriarchas ac Duces, ut Abraham, Moisen, et allios, rerum naturalium scientia fuisse informatos, non secus ac Salomon, judeorum Rege, qui, ut sacra litera attestantur 3 Regum capite 4, disputavit super lignis acedro, quae est in libano, usque ad Hysopum, quae egreditur de pariete, et disseruit de jumentis, et volucribus, et reptilibus, et piscibus.

Quod quoque verosimilius apparet; ut tandem mihi videtur, Philosophiam a primo parente improbo labore comparatam, vel ipsi a Deo infusa, ab eodem per Mathusala potuisse ad Noe pervenire: a Noe vero, ejusque natis ad Chaldeos, et Hebreos; ab his ad Egiptios a quibus ad Grecos transmeavit; et a Grecis tandem ad Latinos, alliosque accidentales populos delata est. itaque

non Grecis solis acceptam referre debemus Philosophia; sed quam ad modum apud eos existere viri ingenio, et rerum naturalium, cognitione precellentes, qui sapientes primum, postea Philosophi sunt apellati; ita ceteris quoque nationibus sui fuerunt veritatis interpretes, et doctores. Pricipua autem Philosophiae gloria Grecis ideo tribuitur, quod hi diligentius singulas ejus partes incubuerint, eamque quodam veluti corpus digestam scriptis suis ad posteros transmiserint. Quamobrem illustriores Philosophorum secta, de quibus precipue mentio fit in scholis a Grecis sunt repetenda.

Articulus 3 de illustrioribus Philosophorum sectis.

Secta ē quedam hominum multitudo, quae ab alliis quodadmodo secta, atque divisa certum doctrinae genus sub aliquo duce sectantur. Hinc vel asecando, vel asectando secta nominata est. Porro primi Grecorum Philosophi in duas secta dividuntur: in Docmaticam, et Academicam. Secta Docmatica eos comprehendit philosophos, qui veritatem assecutos ēē se, saltem

ꝫ pluribus, contendunt: quæqe iterꝫ duplex assig-
natur, Ionica, et Italica. Ionice sectæ dux fuit
thales Milesius dictus, siveqe Milletum, quæ Vrbs
est Ioniæ caput, patriam habuit; sive quia cum
ex Phœnicia oriundus ēe, inter Millesios fuit
adcriptus. taletem sectati sunt Anaximander,
Anaxagoras, Anaximenes, Genophanes, et Hac
litus, Democritus, et alii; qui omnes perfectioris
sui Philosophiam demonstrarunt, et ad Socratem
usq, et Platonem perduxerunt.

Italicæ sectæ princeps fuit
Pytagoras sanius, qui cꝫ Egiptꝫ et Babibiloniam,
doctrinæ conparendæ gratia perlustrasset, tandem
Crotone non longe a tarento Philosophiæ per Annos
circiter viginti operam navavit. Ob hoc, ut supra vi
disti, primꝫ Philosophiæ nomen usurpatꝫ est. Pytago-
ræ dogma inter ceteros amplexati sunt. Architas tare-
ntinus, Parmenides et Feno, quorꝫ hic dialecticæ author
dicitur: qui omnes phisice seu naturali scientiæ præ
cipuam dederunt operam ad institutionem usque vete-
ris Academiæ, cuius princeps Socrates memoratur, ex
cuiusq tempore Philosophi a rebus phisicis ad morꝫ
scientias Socratis exemplo animꝫ converterunt.

Secta academica nomen suum sumpsit ab Academia, hoc ē a loco numeroso ꝯ sub Urbio Athenarum situ, quem heros nobilis, academus nomine, Philosophorum exercitationibus consecrarat. Huius secta Philosophi assensum omnem cohibebant, nihil omnino affirmabant: ipsaque rursus in veterem mediam, et novam academiam fuit divisa. Veteris academiae principes fuere Socrates, ejusque discipulus Plato. Unde veteres academici, Eidem Platonici dicti sunt, atque exceptici, seu inquisitores; quod licet ignotam esse veritatem arbitrarentur, de ea tamen invenienda non desperabant, ideoque eius inquisitioni vacabant. Pyrronici quoque dicti fuere a Pyrrone Academico.

Socratis discipuli fuere, Crito, Aristipus, Febes, Genophenon, Ecludes et alii. sed inter eos omnes divinus eminebat Plato Atheniensis, qui et Socrati in Academia succesit, eiusque methodo insistens, nihil affirmabant; sed ut ait Tertulianus, multa ꝯ ejus
,, libris ꝯ utramque partem disseruntur, de omnibusque
,, ritur, nihil certi dicitur. Plato autem discipulum inter ceteros habuit Aristotelem Peripateticae sectae postea principem. Post mortem Platonis ceteri Socratis successores in academia timidam illam philosophandi methodum abjecere, et ꝯ docmaticorum partes translati, triplicem constitutores sectam, Pherypateticorum, Sthoicorum, et Academicorum, Epicuraeorum.

Perypatetici preceptore gloriantur Aristotele stacilita, sive Staphyra opido Macedoniæ oriundo, circa annum mundi 3621; Platonis postea discipulo, tandem Alexandri Philipi magistro; ꝫ Licæo, sive loco prope Atenas amenissimo sectę perypateticæ dedit originem. Dicta autem fuit secta Perypatetica, hoc ē, deambulans, eo quod Aristotelis discipuli inter anbulandum disputarent.

Sthoicorum dux fuit Ceno, qui Athenis etiam Philosophiæ dogmata magna cum nominis celebritate tradidit. Epicuri ita vocati sunt ab Epicuro huius sectæ patrono, qui in hortis ubi suos agebat convectus, Democriti placita, quæ propria fecerat, explicabat. Epicuri Philosophia seculo preterito illustravit, ac multis in locis emendavit Gasendus. sequentibus porro temporibus post Christi adventum Platonis doctrina ad 8 circiter Ecclesiæ seculum primas semper obtinuit, et quæ antiquiores Ecclesiæ patres studium, et vigilias consecrarunt. Eandem inter Latinos Patres diligentissime excoluit S. Augustinus, qui ut erat acerrimum ingenio preditus, multis eam partibus illustravit, et ad reffelendum Ethnicorum erro-

res, firmandamque religionis Christianae veritatem feliciter adhibuit.

Circa finem autem 8 seculi, et initio 9 Arabes, qui tum temporis in Hispania, et Africa dominabantur, Aristotelis doctrinam dudum quasi sopitam, esuscitarunt; scholasque publicas instituere, in quibus per 50 circiter annos Aristotelis libri lecti fuere; ex hoc autem tempore Arabes plurimi magnam scientiae famam sunt asecuti; inter eos tamen Abherroes, et Abicena praecipuum locum locus sibi vendicam. Itaque ex Africa, Europa transmigravit Philosophia, quae quia in scholis tradi coepi eo modo, quo ab Arabibus recepta fuerat, subtili nempe et contentioso, scholastica vocata ē, quaeque adhaec usque tempora in scholis usurpatur.

Methodus haec, si conclusiones tantum juxta exceptis aut probabilibus principiis deducat, nec in vanas futilesque sophistarum altercationes evagatur, non modo nihil vitii, sed plurimum habet utilitatis; eamque cum laude sectati sunt in Europa plures praesentes viri, inter quos veluti antesignani celebratus D. Thomas Aquinas Doctor Angelicus merito cognominatus, Petrus natione Lombardus, Episcopus

Parisiensis, magister sententiarum dictus, Alexander alexis, Albertus magus, et alii.

Inter scholasticos seu novos peripateticos, tres sunt illustriores sectæ in Europa natæ. 1 ē Thomistarum, qui præceptore habere se gloriantur D. Thomam, qui circa medium 13 seculi scholarum principis nomen obtinuit: sub ipso Duæ Dominicani quodnam philosophicum sisthema stabilierunt, quod totis medulis Thomistarum nomine prosequuntur. 2 ē Franciscanorum, quorum Dux ē Joannes Dums scotus, doctor subtilis appelatus, qui consequenter in aseclas scotistarum nomen refudit. 3 est Jesuitarum, qui multoties sub aliis militant, multoties sub nulo, sed suapte sponte, ausu forsan temerario, incedunt, communiterque recentiores nominantur.

Tres istæ sectæ ad nos usque in scholis perseverarunt. At vero circa medium 17 seculi Galileus ducis egregius Etruriæ matematicus, excuso inveteratæ in scholis consuetudinis sugo, novas tentavit vias. Huius vestigiis inhærentes plurimi, ut Gasendus, Carthesius, Arbæus, Malpigius, Mainan, Sagues, Tosca et alii non pauci Mecanicam Philosophiam a Democrito et Epycuro, quodnam scultam, sed multis postea seculis derelictam instaurarunt, multisque locis, prout necesarium

visum est, reformarunt. Hæc autem Philosophia nova ab Hispanis communiter dicitur, ejusque sectatores Philosophi moderni; sed Philosophia veteri in numeris preclarissimisque viris longe utilis, longe venustior, longeque gratior apparet; ab aspectu nempe, deoreque faciei, qua allexit in sui que amore sponte rapuit heroes pene universos orbii literari; interquos nuper Noster Illustrissimus D. Feigoo validissime tuba cecinit, cujus sonitu, concusi sunt plurimi, expergefacti, animati, adque in foro saltem interno (si licet ita loqui) mutaverunt clipeos. Adque ex his illustrioris habetis Philosophorum sectas, ad nostra usque tempora in Europa notas.

Nos vero, qui nulla sumus victi coactione, sequemur; sed nun hos, nunc illos, libre, vel amplexamur, vel fugiemus, prout visi fuerint amplexari ipsi, vel fugere veritatem, aut maiorem verosimilitudinem. Numq tamen recedendi animo proposuimus ab illa fundamentali illustrissimi Cano regula: in reliquiis preter Theologiam disciplinis omnibus primum locum tenet ratio postremum authoritas. Quam premonitionem nunquam vobis, auditores, obliviscedam velim.

Articulus ultimus de divisione Philosophiæ

Relatis jam, quæ circa illustriores Philoso-

phorum secta, et philosophiæ progressus observatio-
ne digna censentur, superest tandem, ut consilii nos-
tri rationem in his Philosophicis institutionibus tra-
dendis aperiamus. Igitur philosophia tripliciter divi-
debat Plato, in rationalem videlicet, seu Logicam; in mo-
ralem seu Ethicam; et in naturalem, sive Phisicam, ut
S. Augustinus Iuliusque testantur. Nunc autem in qua-
tor species communiter distribuitur; in tres scilicet rela-
tas, et in Philosophiam transnaturalem, sive Methaphi-
sicam, scientiæ Mathematicæ, ut aritmetica, optica, mu-
sica et aliæ, (inquit Duamel) ad Phisicam reducuntur.
Unde vides, scientias omnes naturales vinculo ligari
communi, Philosophia nempe, quæ quasi paradisi fons
statim in quatuor dividitur flumina capitalia, id est
in quatuor species enumeratas indeque in rivulos pe-
ne innumerabiles omnium scientiarum naturalium
subalternarunt.

Et nos quidem unum, Ethice nempe, capi-
tale flumen Theologis dantes, trium caterorum, ut moris
est, cursum sequamur. A Philosophia rationali, Logica
ve, sumemus initium, Deinde ad Methaphisicam: tand-
emque ad Phisicam, Deo dante veniemus. Nunc autem
de Logica, secundum quod regulas tradidit disputa-
nali, instituitur sermo; sub cuius acceptione Logica par-
va nominatur, vel institutionum logicalium summa
brevis una sumularum vulgata vox. Prodea itaque
post subcitatam Philosophiæ in genere noticia Philo-
sophia specie naturalis, cuius melior pars Logica par-
va, etsi extensione minor quamvisque non molle,

virtute tamen, et dignitate Logicam magnam præcedens, tempore quoque, et ordine a maioribus habilito.

LOGICA PARVA AUT DOCTRINALIS QUÆ SUMULARum NOMINE COMMUNITER INSIGnITUR; SIVE INSTITUCIONUM LOGICALIUM SUMMA BREVIS.

PRELU
DIUM



Facultas, quam premanibus habemus, Logica nimirum, est quasi cursus noster sumit exordium, juxta vim nominis, disciplinam rationalem significat, sive disciplinam rationis rectricem, cuius adjutorio cetera omnes philosophiae partes velut instrumentis quodam utuntur, ut veritatem in proposita quavis materia facilius assequi valeant. At de causa philosophia rationalis apellatur; quia nempe speciatim per ipsam hominis ratio, seu intellectus dirigitur, atque perficitur. Dicitur ergo Logica a verbo greco logos, sonante latine idem quod sermo, precipue internus. tandem dialectica nominatur ex eo, quod artificiose quasi dialogum disponat, quod vero pro veritate detegenda intellectuali pugna decertent, quorum aliter oponentis, alter vero munus impleat respondentis. Hinc merito ab authoribus gloriosis, pluribusque decoratur titulis: quorum aliquot ex Vincentio tosca ad literam accipite: et sunt huiusmodi: scientiarum janua sapientiae fax mentes oculus, veritatis tru

tina, clipeus disciplinae, clavis aurea, scientiarum scientia, ac denique ars dicitur artium, quam qui tenuerit, felici auspicio sapientiae arcem ingreditur.

His ergo pluribusque aliis titulis illustrata Logica in naturalem dividitur, et artificialem. Naturalis nihil aliud ē, quam ipsum rationis humanae lumen natus nobis, quocum, seclusis aliis preceptis, ratiotinari, usive rationalitate uti possumus, vel aprehendendo, vel judicando, vel discurrendo; Logica artificialis ē, facilitas attendendi ad regulas ab hominibus inventas, illasque adhibendi operationibus intelectus, ne irepte in ipsis procedat. Brevius: facilitans dirigens intelectum, ut faciliter, et sine errore procedat. Priorem ī bovis Logica, sicut in qualibet rationali creatura, supponendo, juxta illud Psalm. 4, signatum ē super nos lumen vultus tui Domine, nunc secundam pertractandam suscipio: cum autem ea tota sit in nostri intelectus operationibus dirigendis, ut ejus definitionem plenius capiatis, primo investigandum occurrit; qui sit poā intelectiva; quotquot ejus operationes, quas logica artificialis conatur dirigere.

Articulus primus de potentia intelectiva, ejusq operationibus

Igitur poa in communi ē illa virtus, seu facultas, qua quelibet causa effectum aliquem ē potens pro

ducere. Operatio vera, seu actus ē illud ipsum operari, seu producere predictum effectum. Exemplo res clarior fiet: sic desterita illa, seu aptitudo, qua artifex potitur, ut imaginem depingat, dicitur poā; ipsam vero imaginem actualiter depingere ē prefatæ potentiæ actus seu operatio: imago vera depicta ē ejusdem effectus. Hoc supposito, trium animæ nostræ potentiarum prima ē intelectus, quæ etiam poa intelectiva dicitur seu cognoscitiva, mens, ē rao, per quam sumus capaces intelligendi, sive cognoscendi, sive concipiendi, sive cogitandi, sive denique percipiendi res innumerabiles: ipsum vero actu intelligere, percipere, aut cognoscere, ē intelectus operatio, quæ et intelectio, perfectio, et cognitio apellatur. Res autem illa quæ percipitur, intelligitur, aut cognoscitur, dicitur objectum, tum intelectus, tum actualis cognitionis, quia nempe ipsis veluti objicitur, et representatur.

Operatio intelectus, licet minus proprie, dicitur etiam conceptio, aut conceptus, propterea quod ex imagine rei concipiendæ, et ex poā cognoscitiva quasi gignitur, concipiturque spiritualiter res. Conceptum autem istum in lucem edit intelectus, cum verbis exprimit: ideoque eos recte concipire dicimus, qui res aprime comprehendunt, eos insuper, qui ea quæ interius concipere, recta methodo disertoque sermone proferunt, recte se explicare pronunciamus. Denique in-

telectus operatio multoties a Philosophis dicitur inten
tio a verbo intendo. illam denominationem sumen
tibus, quod motum quemdam versus aliquam par
tem significat. Intelectus enim erga rem cognoscen
dam aliqualiter fertur operationibus suis.

Sic potentiae inte
lectivae aliquali praejacta notitia, tres communiter assig
nantur ejus operationes, ordine quidem numerali,
prima videlicet secunda, et tertia. Vel enim intelec
tus tendit erga objectum ejus ideam simpliciter per
cipiendo, vel judicium de eo coligendo, vel denique ex ipso
aliquid inferendo. Ex hanc q triplici pendentia tri
plex etiam resultat intelectus operatio, simplex aprehe
nsio scilicet judicium, et discursus. Prima quae etiam
idea nuncupatur, ē cognitio rei nihil de ipsa affir
mans, aut negans; qualis respondet vocibus istae:
Deus, mundus, hoō doctus: Aprehensio simplex alia
dicitur incomplexa et ē illa, quae unicam tantummodo
rem cognoscit, quae unico termino exprimitur, ut Ca
lum terra &. Alia ē aprehensio comprehensa, quae
duos, aut plures terminos attingit, absque affirmatio
ne tamen, aut negatione. vt si dicas, Deus justus hoō
sobrius.

Judicium est cognitio dere cognita, aliquid
affirmans, aut negans; ut cum dicimus, Deus est
infinitus, virtus ē colenda, Deus non ē mendax.
Haec 2 mentis operatio, precipue cum exprimitur, aliis
que enuntiatur, dicitur etiam enuntio, seu propositio

de qua postea. Discursus, 3 mentis operatio, ē cog-
nitio inferens unū ex alio, ut cū dicimus, Deus est bo-
nus: q̄ ē amabilis. Omnis substantia cogitans ē in-
mortalis; mens hominis ē substantia cogitans: ergo
mens hominis ē inmortalis. His tribus relatis, apre-
hensione, judicio, et discursu, mentis concluditur
funtiones, de quibus singulis singulos per libros
suo ordine agemus, qua licet brevitate. Et primo
quidem, ut rectius procedamus, termini jam expli-
candi veniunt, erga quos simplex aprehensio ver-
satur ad proprias exprimenda ideas, q̄ per illos sig-
nificantur. At vero, ordine licet prepostera expeditio-
ni tamen, priusquam de natura terminorū, de illorū-
ve significativa tractabimus. Unde sit.

Liber primus Sumularum de his, qui ad primam intelectus operationem pertinent.

Cap. 1

de natura signi, ejusq̄ divisio.

Quae absq̄ afirmatione, et negatione aprehendun-
tur, ad primam diximus mentis operationem per-
tinere. Sed vero quia rationalis nāa sociavilitatis
titulo exiguit, ut ea quae de re concipit, aliis mani-
festet, varia idearum, sive conceptuum excogitavit
signa, cū illi in se ipsis patefieri nequeant pro hoc

statu inversionis in corpore. 3 signum ꝯ communi est, quod perfective potentia aliquid aliud a se representat, ut fumus ignem. sed sciatis oportet, ad rationem signi non requiri actualem objecti representationem; sufficit enim quod ex propria virtute sit representativus, vel possit manifestare: quia in verba in definitione posita non dicunt actus, sed aptitudinem. Cuius prologuii notitia pro omnibus definitionibus pre oculis habenda.

Dividitur primo signo insensibile et in sensibile.

Primus ē cuius representatio pre sensu percipitur, ut voces externe. 2 ē, cuius representatio, nullo valet percipi sensu, ut spiritualis rei cuius vis representatio. Secundo dividitur signus ꝯ practicus, et speculativus; primus ē causans, quod representat, ut Sacramenta gratiae. secundus non causans quod representat, ut voces externe, seu vocabula res per ipsas significatas. 3 dividitur signus ꝯ formale, et instrumentale. signus formale illud vulgo dicitur, quo non cognito venit potentia in cognitionem alterius:

sic omnis cognitio res cognita animo representat, quin ipsa prius cognoscatur; quare signum formale unicam per se et significato exigit cognitionem: ideoque dicitur medium quo cognoscitur objectum.

Signum instrumentale ē, quod prius cognitum, ducit in cognitionem alterius: sic gemitus dolorem significat, imago Cæsaris ipsum Cæsarem, animalis vestigium aāl, quod illac transit. Unde signum instrumentale a formari differt in eo, quod prius (prioritate saltem rationis) cognosci debet, ut deinde vi ipsius resultet cognitio objecti cogniti signati: adque ideo non dicitur medium quo, sed in quo cognoscitur objectum. Signum instrumentale subdividitur in naturale arbitrarium seu ad placitum, et ex consuetudine. Signum naturale ē, quod suapte natura vim habet manifestandi; sic lamentatio, et gemitus sunt signa doloris. Signum arbitrarium (quod etiam ad placitum, et etiam ex institutione vocatur) illud ē, quod aliquid significat ex libera hominum voluntate dumtaxat; ut hedera ad fores apensa vinum vendibile derotat. vel (ut exemplum materiæ, de qua in presenti, oportunius adhibeatur) voces sive scriptæ, sive prolatæ cogitationes nostræ, adque res ipsas ex libera hominum voluntate significant.

Signum ex consuetudine ē, quod ratione

alicuius consuetudinis vim aliquod objectum manifestandi acquirit: sic canis, qui heri precedere consuevit, est signum adventus hodie; sonitus campanae horam canonicam, mapa meridie posita prandium denotat. Naturale signum idem ubique gentium significat; unde nequit significatione exuere; econtra vero accidit in signo ad placitum, et ex consuetudine: nam consuetudo, et placitum talem vim non habent apud omnes gentes, ut mutari nequeant per desuetudinem, aut contrariam voluntatem. Denique dividitur signum in pure manifestativum, et doctrinale. 1º est, cuius representatio idonea non est ad docendas artes, vel scientia; ut sonitus campanae. 2º est, quo homines utuntur ad discendas artes, vel scientias, ut verba, vel ore prolata, vel scripta, vel concepta. Huius precipue signi ratione atendentes, aliis divisionibus, et controversiis hinc ab authoribus omissis agitare libenter de vocibus occupantibus precipuum in Logica parva locum aliqua nunc dicturi sumus.

De singnis vocalibus nomine, verbo et advervio orationeque.

Quamvis 8 dictionum, seu vocabulorum genera distingunt grammatici, quibus humana locutio, seu sermotinatio continetur, scilicet nomen, pronomen verbum participium, advervium, propositionem, con-

juntionem, et interjectionem; quia vero presertim no
men, verbum, adverbium, atque oratio cogitationes et ju
dicia nostra exprimunt, ideo quid per quodlibet horum
vocabulorum dialectice significetur dicemus. Nomen igi
tur est dictio quedam ad exprimendas ideas instituta,
seu idearum objecta, ut Deus, Angelus, Celum &c. Qua
re ita definitur ab Aristotele libro 1 perhiermeni
arum capite 2: vox significativa ad placitum si
ne tempore, cuius nulla pars separata significat.

Explicatur definitio: dicitur primo vox significa
tiva ad placitum, ut excludantur a ratione nominis voces ni
hil ad placitum significantes ut, vlictiri v.g. vel quae si
gnifacant naturaliter, non vero ad placitum, quales sunt
gemitus, suspiria &c. Dicitur secundo sine tempore, ut
distinguatur nomen a verbo, quod cum tempore significat,
ut statim videbitis. Per li cuius nulla pars separata
significat differt nomen ab oratione, cuius partes signi
ficant separatae; ut videre est in hanc oratione, Deus
infinite bonus: est (a) vero nomen v.g. sorex duas ha
bet sylabas, quarum nulla significat seorsim. Neque in
contrarium obstat, quod hoc nomen respublica, adque
alia hujusmodi, partes habent seorsim significantes
idem, quod conjuncta siquidem predicta nomina non
sunt simplintia, sed composita ex pluribus, aut saltem
duobus nominibus, quorum singulis prefata convenit de
finitio.

Verbum cum Philosopho ita definiunt Dialectici: vox significativa ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, ut amo. Dicitur significare cum tempore, quia actionem, passionem, aut quietem cum determinata temporis differentia denotat, scilicet, tempus presens, preteritum, aut futurum: v.g. verbum amo dicitur significare cum tempore, quia amorem exprimi tempori presenti existentem: amavi eamdem actionem significat tempore preterito factam; et amabo quae fiet. Hinc cena licet tempus vespertinum denotet, non tamen designat, an cena sit facta, vel facienda, vel actu fiat. Hinc etiam hac nomina, Dies, hora, annus, mensis, seculum licet tempus significent, non tamen cum determinata differentia temporis, nempe ē fiet, audebit: atque adeo sunt proprie nomina, non verba.

Adverbium ē modus quidam nomen, et verbum afficiens; ut valde amat, multum aut inpense studens. Adverbiorum usus, imo ab usus in Philosophicis caeterisque scholasticis disputationibus satis familiaris est, et precipue argumentorum in solutionibus; quorum notitia initio Logica controversa forte vobis tradam. = Oratio iuxta grammaticos est conjunctum quidam ex nomine, et verbo, ut omnis creatura est defectivilis. Iuxta Logicos vero est vox

significativa ad placitum, cuius aliqua pars separata signi
ficat; vel agregatum ex vocibus ita ordinatis, qualiter ali
quem sensum efficiant: ut hoc sapiens, Deus infinite bonus.
Cætere partes orationis nempe propositio, conjunctio, partici
pium, atque interjectio cogitationis potius accidentia, seu mo
dos, quam cogitationes exprimunt.

Cap 2 de termino Logico Sectio 1.

Termini prout in presenti, sunt illæ voces, quibus mens hu
mana utitur, tamquam signis externis, ut rerum ideas a se
formatas aliis patefaceat. Qua propter omnes scientiæ pro
prios habent terminos, quibus peculiares ideæ ad illas per
tinentes explicantur. Verumenimvero alii termini, qui
bus locutio humana utitur ad Logicam pertinentes, qua
les sunt, ex quibus artefacta logicalia formantur. Adeo
adeo terminus Logicus ita definitur: pars per se consti
tutiva artefacti Logicalis. Ex qua definitione colligens,
quod licet ratio termini dicti a terminando si rigurose,
et stricte accipitur, unice subjecto, et predicato conveniat,
quæ sunt extrema propositionis: quo sensu terminum
per hæc verba descrivit Philosophus primo posterior
um: terminus voco, in resolvitur propositio tamquam et
subjectum, et predicatum; nihilominus tamen si terminus
Logice accipiatur, ut conceptus primæ mentis operatio

nis limitibus, non ꝫ ordinem aut propositionem erit de
finiendus, sed ꝫ ordine ad aprehensionem; atq; adeo non
tantum subjecto, et predicato, verumetiam verbis, adve
rvis, cuiuslibetq; propositionis, atq; orationis parti con
gruit. Fabet huic doctrinae Damascenus C 4008 dia
lecticae dicens: unaqueque propositio ex terminis conponi
tur; unaqueq; autem dictio terminus ꝓpositionis est.
At termini definitione plenius capienda scitote, quod p
li per se differt terminus a parte accidentaliter totum
aliquod conponentibus ut lapides respectu acerbi. Per eli
quas vero particulas ab alliis ad Logicam non expectantibus
terminus secernitur. Verum dices: definitio alliis a defini
to conveniens recta non ē; sed tradita definitio alliis a defini
to convenit: ergo recta non ē. Major ut certa supponitur, cuius ve
ritas ex definitionis regulis infra vobis tradendis nota fiet.
P mi tradita definitio convenit propositioni, quae pars con
stitutiva artefacti logicalis ēē potest, ut patet ꝫ hac proposi
tione, aal ē vivens, quae ut pars hanc constituere valet, aal
ē vivens ē propositio quedam: ꝫ tradita definitio alliis a de
finito convenit.

Respondeo, concessa maiori negando mi. Ad
huius probationem dist ans: convenit propositioni per se,
nego ans; per accidens concedo ans, et nego consequentiam. Licet enim
una propositio alliam conponere valeat, ut ꝫ allato exemplo,
hoc per accidens, non vero per se competit; eo ꝫ se ipsa sit quod
am totum completum, perfectum, et ad alliud per se non ordinatur.
sic ex una domo perfecta alia maior conponi valet, si ipsi ad
jungatur: at vero hoc solum per accidens convenit prima; per se autem

est quodam totum ex lapidibus, et lignis tamquam propriis par-
tibus consurgens. Unde terminus est pars, non per accid-
ens, sed per se constitutiva artefacti logicalis.

Aliter occurritur
replicae distinguendo ans probativum: convenit proposi-
tioni, secundum quod munus exercet partis, concedo ans; con-
venit propositioni secundum quod est totum ex partibus cons-
titutum, nego ans, et simul aplicata distintioni probati-
ni nego consequentiam. Distinctio haec, si recte percipiatur, idem
quod supra data significare videtur. At vero ut omnino
invocatio e medio tollatur, illam explicare conabor: Propo-
sitio igitur in replica posita, sicuti et quaevis alia, accipiva-
let et ut totum, et ut pars. Ut totum, si ex partibus composita con-
sideretur: ut pars, si secundum quod cum aliis aliquod totum con-
ponit sumatur. In primo sensu terminum esse negamus; prout
sic enim non partis, sed totius munus exercet. In secundo
esse terminum asserimus; quia sic non totius, sed partis ra-
tionem obtinet. Sit exemplum in gignasio, quod si conside-
retur ex partibus constitutum, sela nempe, cathedra, et aliis,
non in esse partis, sed in esse totius accipitur. Si autem conside-
retur secundum quod cum aliis partibus collegium componit, non
ut totum, sed ut pars collegii constitutiva aparet. Quare si ad
gignasio in hoc sensu quilibet partem esse constitutivam
collegii affirmavit; non vero in primo: sic similiter dicen-
dum de propositione secundum quod artefactum logicale cons-
tituit. Sic ergo acceptus terminus, explicatusque, quadrupli-

citer accipi, vel considerari valet, scilicet, vel ut res significans, vel ut res significata, vel ut modus significandi, vel denique ut cum ad alios terminos refertur. Ex his ergo acceptionibus variae pullulant terminorum divisiones; praecipuas autem accipite.

De Divisione terminorum

Sec 2.

Igitur terminus Logicus dividitur primo ex parte res significantes in mentale, vocale, et scriptum, quod est pars per se constitutiva artefacti logice mentalis, ut hac cognitio homo. terminus vocalis est pars per se constitutiva artefacti logici vocalis, ut ipsa vox homo. scriptus denique artefacti logici scripti, ut si eadem met vox homo scribatur. terminus mentalis appellatur etiam formalis, qui est ipsa cognitio rei; objectum vero cognitum dicitur terminus objectivus. Sic actus intellectus artificiose cognoscens est terminus ~~objectivus~~ formalis; ut vero artificiose cognitus est terminus objectivus. secundo dividitur terminus formalis in abstractivum intuitivum, et comprehensivum. Quod est, qui rem absentem, vel praesentem per speciem alienam representat, ut cum recordor Petri alibi morantis, vel hic ausentis per speciem Pauli illi forte similimi.

Intuitivus est, qui rem praesentem, et per speciem propriam representat, non vero ejus respectus, et havitudines; ut cum Beati Deum vident. Comprehensivus est, qui rem praesentem ejusque havitudines representat, ut cum Deus se, caeteraque videt.

Insuper terminus mentalis alius ē directus, alius reflexus. 1 ē prima cognitio rei, ut cognitio Petri. Reflexus ē cognitio primæ cognitionis; ut cū per reflexionem cognosco, me cognoscere hominem. Deniq dividitur terminus mentalis, ī conceptū ultimatū, et non ultimatū. 1 est cuius significatu intellectui determinatam ideam excitant, ut cū vos panis inter Latinos profertur. 2 ē, cuius significatu intellectui omnino determinatū non aparet, qui propterea solicitus reliquitur, ut cū eadem vox inter non latinos profertur. Reliquæ termini divisiones aliquam forsan termino mentali, sed quia vocali omnes conveniunt, sequentes isti proprius aptantur.

Ex parte significationis dividitur etiam terminus ī cathegorematicū sincathegorematicum, et mixtū. Cathegorematicus ē, qui se solo aliquid significat, ut terminus Leo. Sinchategorematicus ē, qui solū cū altero significat, atq adeo consignificativus dicitur, ut aliquis hōm nis. tertius ē, qui utrumq cathegorematicū, et sincathegorematicū amplectitur: ut nemo nihil; quæ voces ī has resolvuntur: nullus hōo, nulla res. Cathegorematicus terminus dividitur in complexū, et incomplexo. 1 ē, qui res duas unica, aut duplici dictione significat, ut hōo justus, amo, quarū ultima equivalet his, ego amo. 2 ē, qui rem unicam una, vel pluribus exprimit vocibus, ut Antonius M. T. C. terminus incomplexus ē, qui dividitur in finitū, et infinitū. 1 ē, qui ī significatione aliquid determinat, ut hōo. 2 ē, qui ī significatione nihil

determinate significat, aut aliquid determinate excludit, ut non hoo, qui excludit hominem, et infinita, non determinando, sed confundendo, notat, atque infinitis rebus, omnibus scilicet preter hominem, aptari potest.

Hinc obiter notandum ē negationem debere poni immediate ante terminum, quae infinitare determinemus; aliud enim ē, dicere, lapis non est hoo; aliud vero lapis ē non hoo: in 1 enim propositione termini sunt finiti, estque propositio negativa: in 2 vero terminus hoo ē infinitus, et propositio ē affirmativa; affirmat enim lapidem ēē aliquid, quod non ē hoo. Ex modo significandi dividitur terminus in concretum, et abstractum. 1 ē, qui rem compositam significat, aut ex composito, et natura, ut hoo; aut ex subjecto et forma, ut album; primum idem ē, ac habens ~~albedinem~~ humanitatem; 2 habens albedinem, terminus abstractus est, qui formam aliquam significat, veluti avulsam, seu precisam a subjecto, in quo realiter ē, ut albedo, quae ex modo significandi non exprimit subjectum, quod ab ea dicitur album; et humanitas, quae naturam hominis significat, quasi ab eo separatam.

Ut autem haec clarius percipiantur, supponendum ē, concretum idem ēē, hac aggregatum ex duabus rebus, quarum una aliqualem denominationem tribuit alteri; quae autem hanc denominationem tribuit, appellatur forma concreti; quae vero prefatam denominationem recipit, dicitur subjectum, seu materia, aut substractum ipsius concreti. Exemplum: album ē concretum compositum ex aliqua re, v.g. papiro, et ex aliqua albedine; papirus ē subjectum, seu materia recipiens denominationem albi:

albedo autem similem denominationem tribuens est forma:
papirus denique cum albedine ipsi inhaerente, est concretum, quod
album appellamus: ideoque haec vox album est terminus concretus,
quia praedictum concretum significat: haec autem albedo est te
rminus abstractus, quia praedictam formam exprimit.

Ex modo sig
nificandi etiam terminus dividitur in absolutum, et conotativum.
1° est, cuius significatu principali sine alio potest intelligi, ut
Deus homo. Conotativus est ille, cuius principali significatu
sine allio nihil intelligit, ut justus, qui conotat justitiam,
sine qua nequit intelligi; Filius Patrem. Universaliter adjec
tiva omnia conotativa sunt: substantivorum autem quaedam
sunt, quaedam non sunt. Dividitur tandem terminus ex
modo significandi in denominantem, et denominatum. 1° est,
a quo alius voce, et significatione denominatur, ut albedo,
a quo terminus albus. 2° dicitur patronimus est, qui voce,
et significatione est deducitur ab allio, ut albus ab albedine.

Ex modo significandi dividitur terminus in communem,
particularem, et singularem. terminus communis, si
ve universalis est qui convenit multis, ut homo, qui om
nibus convenit hominibus. terminus particularis est,
qui aliquid unum significat, sed indeterminatum nempe cum
nomini communi praeponitur per nomen infinitum aliquid,
vel quidam, ut quidam homo. singularis terminus est,
qui aliquid unum significat ex determinatu, sive nomen

proprium sit ut Aristotelis, sive commune nomen sed determinato articulo acceptum ut hic homo: sive alicui individuo per anthonomasiam nomen commune tribuatur, ut cum Christiani Apostolum nominat D. Paulum; cum Peripatetici Philosophum, Aristotelem intelligunt. terminus communis dividitur in colectivum, qui plura conjuncti significat, tale est nomen cujuslibet populi, ut Salmatica, Complutum &c: neque enim dicitur Petrus est Salmantica, sed de omnibus ibi commorantibus, dumtaxat affirmati valet, et distributivum, qui ita plura significat, ut de singularis dici possit, ut homo omnes homines significant, et de singulis affirmari potest.

terminus communis distributivus alius cathegoricus est, transcendentalis alius. Primus est, qui aliquod entis significat, aut modum entis in aliqua dumtaxat cathegoria conceptum, cujusmodi sunt Angelus, homo lapis &c. secundus est, qui significat aliquid omnes cathegorias trancendens; sive in omnibus invivitur, et reperitur rebus. tales sunt termini sex, quorum initiales literae ac notantur barbara dictione Reuba: nempe res ens verum bonum, aliquid, unum; quidquid enim est, res est, verum est, ens est, bonum, aliquid, unum est

Iterum terminus communis distributivus dividitur in equivocum, annalogum, et univocum. equivocus, qui et homonimus est cujus nomen est commune, ratio vero significata per nomen est omnino diversa; ut vox ista taurus respectu quadrupedis, sideris, et montis; nam de his

omnibus dicitur, sed diversus illis significat. Annalogus ē, qui et proportionalis dicitur, ē, cuius nomen ē commune, rāo vero significata per nomen partim ē eadem, partim diversa. sic nomen sanus anagogice commune cibo, pulsui, et homini; atq hoc nomen pes etiam analogice convenit homini, monti, et scamo. Univocus ē, qui et sinonimus grece dicitur, terminus, qui voce, et re omnino plura convenire facit, aliqua ratione communi; ut hōo, cuius significato nulla differentia ē Petri ab Antonio.

terminus univocus dividitur in terminus primae, et secundae intentionis. terminus primae intentionis ē, qui rem significat secundum ēē, quod se ipso habet independenter a consideratione intelectus; v.g. homo Petrus, qui suum ēē habet, etiam nullo cogitante intelectu. terminus secundae intentionis ē, qui significat aliquid secundum illud esse, quod dependenter habet ab actu intellectus: tales sunt hi termini, genus, species, predicatum subiectum, quae omnia consideratione intelectus consequuntur, seu ab illa proveniunt. sit exemplum: Petrus absolute, et nemine cogitante non est subjectum propositionis, sed fit tale a cognitione de ipso aliquid affirmante, vel negante. scire autem oportet, nomen hoc intentio non solum cognitioni, sed et subjecto cognitionis etiam attribui: sic conceptus directus Petri dicitur prima

intentio formalis; et ipse Petrus cognitus prima intentio objectiva: cognitio vero, qua reflexe cognoscis, Petrum factum ee subjectum in prima cognitione formali, dicitur secunda intentio formalis; et ipse Petrus, qui prout subjectum, est terminus, et objectum secundae intentionis formalis, secunda intentio objectiva nuncupatur. Haec bene colentes velim, quia vobis maximo in usu sunt futura. Quinque universalia termi secundae intentionis communiter numerantur, quae etiam predicabilia dicuntur, genus, videlicet, species, differentia, proprium, et accidens; de quibus omnibus in logica magna redibit sermo.

Tandem dividitur terminus ex parte rei significatae, in positivum, negativum, et privativum. Positivus e, qui veram entitatem, seu perfectionem significat, ut bonitas. Negativus e, qui significat carentiam formae ~~significat~~ in subjecto incapaci illam habendi, ut caecitas respectu lapidis. Terminus privativus e, qui carentiam formae significat in subjecto capaci illam habendi, ut caecitas, et surditas respectu hominis. Quidam termini sunt positivi sensu, et negativi voce, ut inotentia immensitas; perfectiones enim positivas significant, quidam econtra positivi voce, et negativi re, ut mortale concupibile, vitium &c. quidam vero re, et voce negativi, ut impius injustus.

Si duos inter se terminos conferamus in ordine ad illa-

tionem unius ex allio, allios pertinentes, inpertinentes allios invenimus. Inpertinentes sunt, quorum ex altero nec sequitur, nec excluditur alter, ut Musicus, et Logicus, album, et dulcem. neque enim omnis Musicus necessario ē Logicus, neque econtra, neque hoc impossibile ē. Pertinentes sunt, qui se inferunt, aut se excludunt; ideoque ab uno ad alterum valet consequentia; quod si consequentia sit exclusiva, pertinentes repugnantia dicuntur, ut rationale, et irrationale: valet enim, est rationale: ḡ non ē irrationale. Sin autem assertiva sit consequentia, pertinentes sequela nominantur, ut animal, et sensitivum. Pertinentes sequela etiam convertibiles dicuntur, quando mutuo se inferunt, seu reciproca ē unius ad alterum consecutio, ut verum bonum: valet enim, ē verum: ḡ ē bonum; et vice versa inconvertibiles vere nominantur, si mutuo non se inferant; ut hōō, et āāl, ex quorum primo infertur secundum non econverso.

Termini se advicem excludentes allii sunt relative oppositi, allii contrarii, allii contradictoria. Primi sunt, qui respectum unius ad alterum significant, ut Pater, et Filius, quorum respectus mutuo se expellunt ab eodem subiecto relatae ad eundem terminum. Contrarii sunt, qui formas positivas significant mutuo se ab eodem subiecto excludentes, ut album, et nigrum. Contradictorii sunt, quorum alter alterum immediate negat, seu alter perfectionem significat, alter vero eiusdem pfectionis

carentiam: ut videns, et non videns; lux, et tenebra. Hi dicuntur negativi, si perfectio negetur a subiecto incapaci illam habendi; privativi vero, si subiectum eiusdem perfectionis sit capax, vel potius, si illam exigat perfectionem, qua caret. Atque data terminorum divisiones suficiant, quarum quae termino vocari, etiam scripto erunt aptandae.

Caput 3

De proprietatibus terminorum

Sec 1.

Naturam, et quiditatem terminorum affectiones quedam commitantur, quae proprietates communiter nominantur; precipuae autem ab authoribus assignatae sunt sequentes: suppositio scilicet, appellatio, ampleatio, restrictio, et status. Suppositio in communi est possitio usus, sive acceptio unius rei pro alia, sic dicimus, Proregem suponi per Regem, quia loco illius ponitur, eiusque gerit vices. Unde termini suppositio est acceptio, seu substractio termini pro suo significato. Cuique duplex sit cuiuslibet termini significantem, materiale scilicet, et formale, duplex etiam est termini suppositio, alia materialis, alia formalis. Prima est accep

tio termini pro suo significato materiali, quod est ipsa vox, seu sylabae nomen constituentes, ut cum profertur, homo est vox, Coelum nomen substantivum. suppositio formalis est acceptio termini pro suo significato formali, estque illud, ad quod significandum vox imposita est, ut cum dicimus, homo ē rationalis Coelum est movile, et similia.

Suppositio formalis alia propria est, impropria alia. prima est acceptio termini pro re proprie significata, ut Leo pro animali rugibili. 2 ē acceptio termini pro re impropria, seu metaphorice importata, ut cum dicitur Agnus Dei, Leo de tribu Suda p Xpto Domino. suppositio formalis rursus dividitur in simplicem, et personalem: simplex ē acceptio termini pro suo significato, in communi precise, non autem pro individuis; seu est acceptio termini pro significato secundae intentionis: sic in hac propositione, homo ē species terminus hoo suponit simpliciter, quia accipitur precise pro ratione hominis, ut talis, non pro singulis hominibus; quare perperam diceretur, petrus ē species. suppositio personalis est acceptio termini communis pro omnibus, et singulis significatis, respondetque terminis primae intentionis, ut cum dicis, homo est aal, li hoo personaliter suponit; de quolibet enim hominem verificatur ee aal.

Item dividitur suppositio formalis in distributivam, colectivam, determinatam, et confusam.

Distributiva est acceptio termini communis pro re, quae omnibus, et singulis convenit inferioribus sub illa ratione contentis, ut cum dicitur, hoo ē aal, cuius propositionis terminus homo pro hoc, illo, et alliis. Distributiva suppositio alia ē completa, incompleta allia. Prima ē cum terminis applicabilis ē omnibus individuis sub ratione significata contentis; tuncq suponit pro singulis generum, ut in prefato exemplo. Incompleta dicitur, cum terminus, non individuis, sed speciebus duntaxat est aplicabilis sub ratione significata conceptis, suponitq tunc pro singulorum generibus; ut cum dicitur, omne aal fuit in arca Noe: ubi li animal non suponit pro individuis; sed pro speciebus; ob quod illa propositio facit hunc sensum: omnium speciem animalium quedam individua fuerunt in arca Noe.

Suppositio collectiva, seu copulativa, ē acceptio termini pro aliquo inferioribus duntaxat simul suptis convenientis, ut in hac: Apostoli omnes sunt duodecim; non enim quilibet eorum ē duodecim. Suppositio determinata ē acceptio termini communis pro aliquo ita determinato, ut singularis fiat terminus: ut cum dicitur Philosophus, intelligendo Aristotelem; terminus enim Philosophus communis ē, Aristoteli tamen per anthonomasiam illum tribuimus. Quandoq suppositio haec dicitur disjuntiva, ut evenit in propositionibus de materia contingenti, v.g. aliquis hoo currit, quae si vera est,

aliquem hominem, qui currat designat. supositio confusa est ac
ceptio termini communis, pro aliquo particulari disjuntive ind
erminato, ut in hac, oculus requiritur ad videndum; ꝫ qua
licet terminus oculus pro aliquo disjunti suponat, non tm̃
an sit dexter, vel sinister determinat.

De reliquiis terminis proprietatibus Sec 2.

Secunda termini proprietas. Apellatio nuncupatur. Apell
ationis nomen non idem dialectice, quod Grammatice, aut
juridici datur intelligi. Dialectice nunqe affectionem quan
dam unius termini ab altero significat, difiniturque, aplica
tio significati unius termini ad significatum alterius; ut cum
dicitur Petrus ē Magnus Philosophus, li magnus apellat su
pra Philosophum; si autem diceretur, Petrus magnus ē Philo
sophus, li magnus supra Petrum apellaret, ipsumque innuer
et statura procerem. terminus, qui aplicatur, dicitur appe
llans; terminus cui alter aptatur, dicitur appellatus. Vari
as hinc apellationes regulas enumerant autores, quas tm̃,
uti parum utiles, atq; ꝫ multis defectibiles, libenter omittim
us. Ut vero sciatis supra quem terminum alter appellet inter
multos, ovio orationum sensui atendatis oportet, qui maxime
pendet ex usu loquentium, excircumstantiis, atq; rerum significa
tarum indolem.

Ampleatio ē acceptio termini cū extensione a minori ad maiorem significationem; quam habeat de se, ut cum dicitur, mortui resurgt, cæci vident, surdi audiunt; ubi li mortui, cæci, et surdi, a tempore presenti, quod ipsis per verbū ē exprimitur, ad preteritū ampleantur; ēq sensus; hi qui erant mortui, vitam recipientes resurgunt, ac revocantur ad vitam; et sic de aliis. Proprietas hæc alienatio, et distractio termini nominantur. Restrictio est acceptio termini cū limitatione a maiori ad minorem significationem, quam habeat regulariter. Hæc diversimode contingere valet: vel cū termino communi additur adjectivū restringens, ut omnis hōō doctor; licet enim li hōō etiam doctor significet, per adjectivū superadditum ad solos doctos restringuitur: vel per oppositionem relativi; ut omnis hōō, qui ē Matriti; vel genitivi, ut omnis hōō Hispanorū: vel denique cū termino communi superaditur particula quedam denominans; ut in hac etiops ē albus secundū dentes, li secundū dentes valde restringuit hominis alvedinem, diminuitque albi significationem: indeque denominatio etiam hæc proprietas post appellari.

Status denique ultima termini proprietas; ē acceptio termini pro re in ea temporis differentia existente, quam comitans verbū importat: ut cū dicitur, hōō currit, cucurrit hōō, vel curret; in quam 1 propositionem hōō, qui existit, intelliguitur; in 2 hōō, qui extitit; in 3 q hōō stiturus. Atque hæc bene discatis, quæso; nam ex illorū variatione plurima in sillogismis equivocationes, atque

falatiæ consurgunt, quas difficile nimis enudare poteritis, quin sciatis, in quo termino aliqua ejusdem varietur proprietas.

En vobis exemplum: Deus est ubique; sed ubique ē adverbium: ḡ Deus ē adverbium: in quo variatur suppositio formalis, quam li ubiq̄ habet in maiori, in materialem, quam habet in minori. Similiter in hac; hoō ē species; Petrus ē hoō: ḡ ē species. Ubi vides, variari suppositionem termini hoō de simplici in personalem; atq̄ ita contingit semel ac varietur quelibet termini proprietas: quod dy accidit, distingue in termino in quo variatur proprietas, duplicem varietatem proprietatem, atque falacia rejiciens; ita videlicet, Deus ē ubiq̄, distingo mai; li ubiq̄ suponente formaliter, concedo mai, suponente materialiter, nego mai: et similiter reliquas propositiones distingues.

Caput 4

De modo sciendi in communi.

Modus sciendi, si in tota sua latitudine accipiatur, quidquid ad aliquid ignotum cognoscendum quomodolibet jubat dici poterit. At vero in presenti presius accipitur, nimirum prout significat artefactum quodnam intelectum specialiter jubans, ut claram rei cognitionem eformet. Unde sic definitur: artefac

tum logicum aptum ad veritatem asequendam. Hinc quidquid in Logica docetur, ut instrumentum sciendi reputandum ē. Quia vero potissimum triplici modo veritas rei asequi valet, quid res sit sciendo, quotuplex sit, quasve proprietates habeat; pro his detegendis triplex præcipue assignatur modus sciendi; definitio scilicet, divisio, et argumentatio. His aliqui methodum addunt, qua cætera instrumenta tractanda sunt, ut uberiorem fructum parere valeant. De quator igitur hisce suo ordine agemus. Unde sit.

Caput 5

De definitione.

Definitio ē modus sciendi explicans essentiam rei. Essentia ē illud intimum, et peculiare, quod rem quamvis constituit, eamque a quocunque non ipsa discernit. Sic aal rationale ē essentia, et definitio hominis, quæ etiam dicitur quiditas, quia per ipsum respondetur interroganti, quid ē res? igitur alia ē definitio nominis, alia rei. Definitio nominis, quæ ab Aristotele interpretatio dicitur ē ea, qua determinat aliquis, quid per nomen aliquod intelligat, ut si dicam: per hanc vocem ellaterium intelligo vim, qua corpus pressum, puta, arcus tensus, resilit, vel in pristinum statum restituitur, parum solicitus, in quo virtutis istius essentia, seu natura consistat. Hæc nominis definitio per magni ē usus, disciplinis omnibus, quia ambiguitatem tollit, et controversiam dirimit.

Definitio rei

allia est essentialis, allia descriptiva.

Prima ē, quem rem explicat per ipsius predicata essentialia, quem nempe illam constituunt. Et hæc potest esse methaphisica, quæ nimirum rem explicat per partes essentiales Methaphisicas, ut per genus, et diferentiam; qualis ē hæc, aāl rationale respectu hominis, vel Phisica, quæ nimirum rem explicat per partes essentiales phisicas formam nempe, et materiam; v.g. hōō ē compositum resultans ex corpore, et anima.

Definitio descriptiva ē, quæ rem explicat per aliqua, quæ sunt extra ejus essentiam, ut per proprietates, sive causam efficientem, aut finalem, vel per accidentia, quæ ita ipsi conveniunt, ut conjuntim alteri rei convenire non possint; ut cum dicimus, hōō ē aāl risibum; vel creatum a Deo propter beatitudinem; vel vipes in plume ereptum habens caput: quorum primum exemplum proprietatem hominis per li risibum notat: secundum causam efficientem per li a Deo, et finalem per li beatitudinem: tertium ponit vipedis rationem, quæ alliis convenit separata a reliquiis accidentibus ibi appositis; at vero non separata, sed cum ipsis conjunta ē homini singularis. Ad definitionem rectitudinem sequentes accipite regulas.

Prima definitio clarior sit redefinita: alioqui per eam res potius obscurarentur, quam illustrarentur. Quare male

homines definiens per hoc, quod ē animal, quod ē homo. 2 non deminuta, neq; redundans sit: unde hæ, animal rationale mortale; aal vipes, non recte definiunt hominem; quia in prima li mortale superfluit; secunda vero hominem avolatilibus non discernit. 3 cu definito convertatur definitio; ita ut a definito ad definitionem valeat consequentia, et e converso. Sic legitime inferes ē hōō: q̄ ē aal rationale: ē aal rationale: q̄ ē hōō. 4: constet genere, proximo, et ultima rei definite diferentia. Genus ē predicatum, seu rāo quedam, in qua res definita cu alliis a se convenit: diferentia ē predicatu spetiale, per quod res definita ab alliis a se secernitur: sic per animal convenit hōō cu belluis, a quibus differt per rationale. 5 deniq; omni, ex soli definito conveniat.

Inde quatuor verificabuntur trita circa definitionem axioma: 1: cui convenit definitio, convenit, et definitur: 2: cui convenit definitum, convenit definitio. 3: cui repugnat definitio, repugnat definitum. 4: cui repugnat definitum, repugnat definitio. — Pro definito vero secundu quod definitionem terminat observandum ē primo; quod sit unum per se, alias plures habebit essentias, atq; unica definitione adequari non poterit. 2, quod sit universale, quia de singularibus, nec scientia, nec definitio datur. 3, quod, genere, et diferentia gaudeat; alias essentiale definitione carebit.

Caput 6

De divisione.

Ea ē mentis humanæ angustia, ut rem quamvis unico intuitu non nisi imperfecte, obscuræq; nimis introspicere va-

leat; ac de causa divisione utitur, qua totum quasi per partes secando, ejus cognitionem facilius obtineat. Est igitur divisio oratio totum in suas partes distribuens. Hæc autem diversa ē secundū partium diversitatem. Dividitur primo in actualem, et potentialem. Divisio potentialis ē, qua totum potentiale in partes potentiales, seu essentiales distribuitur. totū potentiale dicitur quodlibet predicatum univocum respectu subjectorū, seu inferiorum, de quibus potest predicari: inferiora autem illius partes potentiales dicuntur, ut species respectu generis, et individua respectu speciei, quia actualiter ī toto non sunt, possunt tamen illud contrahere: sic cū dicis, āāl alliud ē hōō, alliud bellua, dividis āāl divisioni potentiali in hominem, et belluam, tamq̄ in partes potentiales, de quibus potest āāl affirmari.

Divisio actualis ē, quæ totum in partes actuales dividi. Sic lignum vipalmare in duas secatur partes; sic etiam homo ī corpus, et animam dividitur, quæ ipsū actualiter componunt. Si partes actuales divisionis fuerint essentiales, ut ī aposito hominis exemplo, divisio dicitur essentialis; si vero integrales integralis nominatur, ut hōō in caput, manus &c: homogenia dicitur, cū partes sint ejusdem rationis, ut duæ partes carnis: heterogenias autem, si sint diversæ rationis, ut divisio hominis, ī carnem, nervos, ossa &c. Si denique partes sint Phisice, Phisica; si vero Methaphisice, Methaphisica dicitur divisio. Divisio tandem potest ēē accidentalis, quæ nempe totum ī partes accidentales dividit: et hæc triplex ē; vel divisio subjecti in accidentia, ut cū dicitur, corpus alliud ē albū, alliud nigrū; vel accidentis ī subjecta; ut albū alliud ē nix, alliud lac; vel deniq̄ accidentis in accidentia: ut albū alliud est dulce, alliud amarū.

tribus debet apteri regulis recta ~~definitio~~ divisio. Primae omnes partes dividentes adequent divisum: ut quator palmi, ingas dividitur ulna, ulnam adequant: quare a toto diviso valet consequentia ad partes dividentes, et econtra. Ab hac regula deficit terrae divisio in Europam, Asiam, et Africam. Secunda, paucis sit membris contenta divisio, quia idem habet vitium nimia, quod nulla divisio. 3 denique singulae partes non adequent divisum; quia totum nihil aliud est praeter partes simul suptas, et quilibet earum minor est toto. Sic homo dividitur in corpus, et animam, quae simul supta sunt totus homo, non vero sejuncti. Hinc male dividitur animal in rationale, et sensitivum; quia sensitivum animali equatur. Superest tertium instrumentum sciendi, argumentatio nempe, de qua in tertio libro nobis agendum est.

Liber 2

Sumularum.

De his quae ad secundam mentis operationem pertinent, judicio scilicet, si propositione Cap 1. Sec 1. Cum plures ideas per simplicem aprehensionem efformatas affirmando conjungimus, vel negando separamus, tunc judicare dicimur: sive hujusmodi mentis operatio judicium nuncupatur, quod ita definitur; cognitio aliquid de re cognita affirmans, aut negans. Judicium autem, si vocibus exprimatur, enuntiatio, aut propositio dicitur, ut jam vidistis. Quia vero judicium in idearum compositione, vel divisione, sive in affirmatione, aut negatione unius de alio consistit, propositio quae illius interpres est duos semper complectitur nomina, explicite, vel implicite in

postata, quorum alterum de altero affirmatur, aut negatur: dicunturque propositionis subjectum, et predicatum. Tandemque datur ei ea affirmatio, aut negatio, quae per verbum est, aut non est exprimitur, quod vulgo copula dicitur.

Subiectum propositionis est terminus, de quo aliquid affirmatur, aut negatur: predicatum, quod etiam attributum dicitur, est terminus, qui de subiecto affirmatur, vel negatur: copula vero est illa quasi unio, aut nexus predicati cum subiecto, ut unam propositionem conficiant: v.g. in ista propositione, terra est rotunda; nomen terra est subiectum; rotunda est predicatum; verbum vero est dicitur utriusque copula, vel vinculum, sine quo nullum foret judicium: solum etenim verbum est dictio ab hominibus instituta ad exprimendum judicium. Hinc propositio alia dicitur de tertio adjacente, in qua nimirum tria relata exprimitur, ut in hac, Deus est justus. Dicitur autem de tertio adjacente, quia copula seorsim a predicato exprimitur per verbum substantivum est. Alia est de secundo adjacente, in qua subiectum, et copula duntaxat exprimuntur, ut in hac Deus est. Quae ita apellatur, quia predicatum immediate post subjectum apponitur in ipsa copula invibitur. Alia denique minus proprie dicitur de primo adjacente, in qua scilicet solum copula exprimitur, ut amo lego &c.

De materia, et forma, qualitate, et quantitate propositionis

Sec 2.

Cum propositio quevis rationem artefacti logicae participet, in ea quatuor haec praecipuae reperiuntur; materia forma, qualitas, et quantitas, juxta commune Philosophorum asectum. Materia propositionis sunt termini, seu objectum circa quod versatur propositio, subjectum videlicet, et praedicatum. Juxta modum autem, quo praedicatum se habet ad subjectum, dicitur propositio, vel de materia necessaria, vel de contingenti, vel de impossibili: quoties enim praedicatum necessario convenit subiecto proposito dicitur de materia necessaria, ut in hac, homo ē rationalis: praedicatum enim rationale necessario convenit homini. Quoties vō praedicatum contingente convenit subiecto dicitur propositio de materia contingenti, ut haec, homo est albus: contingens enim est hominem ēē album, cum niger esse valeat. Cum tandem praedicatum nequit subjecto convenire, dicitur propositio de materia impossibili, ut si dicas, homo ē lapis.

Forma propositionis est ejusdem dispositio, quae potissimum petitur ab extremorum nexu, ac modo, quo in propositione nectuntur, quatenus enuntiat unum de alio. Qualitas propositionis ejus ē affirmatio, et negatio; atque etiam ejusdem veritas, et falsitas. Veritas propositionis in eo consistit, ut obiecto conformetur; quoties enim ita se habet objectum, ac per propositionem enuntiatur propositio ē vera; si vero aliter se habeat, ac per illam enuntiatur, propositio ē falsa, non enim ē suo obiecto conformis: unde celebre emanavit efatum;

ab eo, quod res ē, vel non ē (ut enuntiatur intellige) propositio dicitur vera, vel falsa. Hæc propositio v.g. Deus ē eternus, vera est, Deus non ē mortalis, quia de Deo enuntiatur in eis, quæ revera in eo sunt attributa: iste vero propter oppositum falsæ sunt, tempus non ē successivus: Mundus ē ab eterno. — Quantitas propositionis ē ejusdem extensio, aut coagtatio ad suum significatum, quatenus nempe de pluribus, aut de aliquo tantum loquitur.

Propositionum divisiones exponuntur

Sec 3.

Ex quatuor propositionibus capitibus sectioni præcedentis relatis ejusdem varie proflugunt divisiones. et primo quidem ex ratione essentiæ formalis dividitur propositio j afirmativam, et negativam. 1ē, quæ prædicatum afirmat de subiecto, seu illi asserit convenire, ut hoō ē rationalis. 2aē, quæ aliquid de subjecto negat, ut hoō non ē quadruplex. secunda dividitur propositio ratione qualitatis in veram, et falsam. 1ē, cuius afirmatio aut negatio cum re conformatur, ut hæ, Deus ē eternus, deus non ē mortalis. Ratione quantitatis dividitur propositio in universalem, particularem, singularem, et indefinitam. Prima est, cuius subiectum ē communis terminus. 2 cuius, subiectum ē terminus vagus particularis; 3 cuius subiectum ē terminus singularis; 4,

denique ē, cujus subiectum, licet sit commune, nullo tamen affi
citur universalitatis signo, ut hec, homo currit.

Quare pre oculis
habenda ē materia propositionis indefinite, ut illius dignos
catur quantitas. Si materia sit doctrinalis, ut ajunt, sive quan
do de doctrina agitur, propositio erit universalis, qualis est
ista, Angeli sunt incorporei. Eadem vero particularis erit
ubi tactum aliquod narratur, ut cum de militibus dicitur Mathei
27 v. 29, et plectentes coronam de spinis posuerunt super
caput ejus, nempe Xpti Domini: clarum quippe ē, id non de om
nibus, sed de quibusdam tantum militibus intelligi oporteret.
Communis termini regulariter ac exprimuntur nota, omnis nu
llus &c; hec enim si subiecto propositionis adjungantur, eam
absolute redunt universalem. Signa particularis termini
sunt aliquis quidam; quae nempe subiecto habita propositionem
particularem efficiunt, seu ita illius significationem coactant,
ut unum tantum, indeterminate tm̄ significet, ut aliquis homo
ē albus, quidam homo currit. Signa vero singularitates sunt hic
ille &c, quae nempe subiecto juxta ad unum determinate signifi
candum coactant, ut hic homo ē doctus, ille hōō ē stultus. Id
autem maxime advertendum ē, con sumpto me dicisse, signa
quantitatis enuntiationis illius subiecto addi oportere; si
enim predicato adjungantur, nihil ad ejusdem quantitatem
conducunt: sic hec propositio, Petrus ē omnis hōō, ē de quan
titate singulari; universalitatis enim nota, nempe omnis,
adjuncta ē, non subjecto, sed predicato.

Dividitur etiam

propositio in claram, et obscuram, sive exponibile

Prima ē, quæ terminis perspicuis constat v.g. peccator ē malus. 2 ē, quæ propter sui ambiguitatem, obscuritatemve, per alliam exponi debet propositionem, quæ ideo dicitur exponibilis; propositio vero, quæ illam terminis evidentioribus ~~constat~~ explicat, exponens apellatur. Propositio exponibilis ē triplex exclusiva nempe, exceptiva, ac reduplicativa. 1 ē, quæ aliqua afficitur particula exclusiva, v.g. tantum, dumtaxat, vel alia simili: Hæc autem particula aut ponitur ex parte subjecti, aut ex parte predicati; cum ex parte subjecti ponitur, omne aliud subiectum excludit a participatione predicati, ut hōō tantum ē rationalis, cuius exponens ē hæc, hōō ē rationalis, talliud ab homine rationale non ē. Si vero particula apellet supra predicatum, cætera predicata a subiecto excludit, tuncq predicata hunc facit sensum; hōō ē rationalis, et aliud a rationali non ē homo.

Propositio exceptiva ē, quæ aliqua particula exceptiva constat, cuiusmodi sunt preter, excepto, absque; v.g. omnes Apostoli preter Iudam salvi facti sunt, quæ sic exponitur, Iudas salvus factus non ē, reliqui vero Apostoli facti sunt salvi. Reduplicativa vero propositio est, quæ aliqua particula reduplicante afficitur, cuiusmodi sunt, ut prout, quantum, inquantum secundum quod, v.g. Deus ut bonus amabilis ē, quæ ita exponitur, rāō cur Deus amabilis est ejus ē bonitas. Advertendum tm, aliquando minus proprie aponi reduplicationes, cum nempe p illas, et inuitur rāō cur predicatum conveniat subjecto, eo aliud simul inuitur ut in

hac: hoō quatenus hoō sentit; aperte namq̃ methaphisica, non a toto, ab animalitate, non a rationalitate, habet hoō, quod sentiat; et similibus casibus reduplicatio ĩ sensu, ut ajunt, specificativo accipitur.

Dividitur generaliter propositio ĩ simplicem, sive cathegoricam, et compositam, sive hipoteticam. Propositio cathegorica ē, quæ unica constat copula, vel afirmante, vel negante, ut hisce, bonũ ē amandũ, malũ non ē prosequendũ. Hipotetica propositio ē, quæ pluribus constat constat copulis, vel explicitis, vel implicitis, ut hæ, Deus ē eternus, et creatura non ē eterna; Petrus, et Joannes ascendebant ĩ templũ; quæ hipotetica ē ex dupli copula explicante alia, alia implicita composita, ac si diceres, Petrus, ascendenbat, et Joannes ascendebat ĩ templũ.

Propositio hipotetica dividitur in copulativam, disjuntivam causalem, et conditionalem. Copulativa propositio est, quæ particulis constat copulativis, cujusmodi sunt, et quoque nec v.g., fides, et bona opera sunt ad salutem necessaria: nec scientiæ, nec divitiæ beatũ faciunt hominem; nam particula nec ĩ ultima propositione idem prestat, ac conjuntio et. Veritas propositionis copulativa pendet ab utriusque chategoriæ veritate, ut in primo exemplo; falsitas vero a falsitate cujuslibet; adque adeo hæc propositio, fides, et divitiæ sunt ad salutem necessaria, falsa est, quamvis fides necessaria sit, quia divitiæ necessariæ non sunt. Afirmativa dicitur quando utriusque enuntiatur simultas; negativa vero, quando negatur.

Disjuntiva propositio ē, quæ particulis disjuntivis constat, cujusmodi sunt aut, vel sive. Vg amicitia pares aut accipit aut facit: aut amat, aut odit mulier: qui ab hominibus secretus vivit, vel bestia est, vel Angelus, inquit Aristotelis. Veritas hujus pendet a verificatione cujuslibet cathegoricæ; falsitas a falsitate utriusque, imo ab utriusque veritate quandoque. Affirmatio, aut negatio hujus pendet ab affirmatione, aut negatione disjuntionis. Causalis propositio ē, quæ particulis causalibus constat, hujusmodi sunt, quia, quoniam ideo, et aliquando particula ut; vg ve divitibus, quia j hoc mundo receperunt consolationem suam; tolluntur in altu, ut lapsu graviori ruat. Ad veritatem hujus propositionis requiritur, ut pars altera alterius partis causa sit; aliter enimerit falsa. Conditionalis propositio est, cujus partes per conditionalem particulam vg si, dumodo, uniuntur, ut j hanc, beatus eris, si in Domino morieris. Veritas propositionis conditionalis a conexione desumitur conditionis; falsitas ab inconexione. Affirmativa dicitur, quando affirmatur conditio; negativa, quando negatur.

Postremo dividitur propositio j absolutam, et modalem. Ꝑ, quæ etiam de inesse dicitur, est, in qua absolute, simpliciter aliquid affirmatur, aut negatur de subjecto; ut hoō ē mortalis; hoō non ē Deus. Modalis dicitur, j qua non solu affirmatur, aut negatur predicatu de subjecto, veru etiam modus, quo prefato subjecto predicatu inest, aut non inest; vg. bene loquitur Paulus; hoō necessario ē sensibilis. Oratio, quam modus afficit dictu vocatur: quod autem orationem modificant dicitur modus. Licet autem plures sint modi, qui propositiones modales afficiant, præcipue autem quatuor apud dialecticos numerantur; nempe, necesse, contingens, possibile, et impossibile. Sic dicimus, hominem ēē aāl, ē necesse; parietem

ee albus, e contingens: Petrus currere e possibile; hominem ee lapidem e impossibile. Ultimus modus propositionem reddit negativam. Caeteri affirmativa. Necessarius, et impossibile propositionem redunt universalem; contingens vero et possibile particulare. In verificatione modi consistit veritas propositionis modalis; adque ij falsificatione falsitas.

Caput 2

De proprietatibus enuntiationis

Sec 1 de oppositione.

Cognita jam propositionis essentia ad ejus proprietates explanandas gradum facimus; inter quas primus locus obtinet oppositio, quae ita definitur; repugnantia inter duas propositiones idem subjectum, et praedicatum habentes. Haec autem repugnantia ee potest aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum utranque simul. Opponuntur propositiones secundum quantitatem, quando una e universalis, et alia particularis: secundum qualitatem quando una vera est, altera vero falsa; ac etiam quando una e affirmativa, alia vero negativa. Opponuntur tandem secundum quantitatem, et qualitatem, quando una e universalis, alia particularis; una item affirmativa, et alia negativa, aut una vera altera falsa. Semper tamen idem subjectum habere debent, adque idem praedicatum; seu ut communiter dicitur, ee debent, ejusdem praedicati de eodem subjecto. Quare ad oppositionem haec omnia necessario requiruntur; primum, quod una propositio sit affirmativa, altera negativa. Excipe tm subalternam suppositionem, ut infra dicetur. Secundum quod in utraque propositione idem sit subjectum, et praedicatum. 3 quod eandem servent significationem secundum eundem ordinem, easdemque terminorum proprietates.

Oppositio q̃ ac explicata quadruplex ē: contradictoria, contraria, subcontraria, et subalterna. Oppositio contradictoria ē repugnantia duarū propositionū, quarum una ē universalis, alia particularis; una item afirmans, altera negans: brevius, afirmatio, et negatio ejusdem de eodem, et secundū idem; vg, omnis hōō ē mortalis, aliquis hōō non ē mortalis. Oppositio hæc, etsi non phisice, Logice tm̄ habetur pro maxima, quia nequeunt propositiones ambæ ēē simul vere, nec simul falsæ dumodo servet utraque propositio circunstantias easdem, quod magnopere atendendū ē. Contradictoriæ etiam dicuntur propositiones singulares, quarū altera afirmat, quod altera negat, vg, Aristoteles ē philosophorū princeps; Aristoteles non est philosophorū princeps.

Oppositio contraria ē quæ inter duas reperitur propositiones universales alteram afirmantem, alteram negantem: vg omnis hōō est mortalis; nullus hōō ē mortalis. Ambæ possunt contrariæ propositiones ēē simul falsæ; vera autem nunq̃ possunt. Oppositio subcontraria inter duas reperitur propositiones particulares, quarū una ē afirmans, altera negans: vg, aliquis hōō ē mortalis; aliquis hōō non ē mortalis. Hæ possunt ēē simul vere; non vero falsæ. Subalterna oppositio datur inter duas afirmativas, aut duas negativas, quarū una universalis, altera particularis, aut singularis sit; vg omnis hōō ē mortalis; aliquis hōō est mortalis. Hæc oppositio non ē rigurosa. Cuncta sequenti schimate sunt perspicua.



Sec 2

De equiponentia propositionum.

Equiponentia propositionum, quae vix utilis hominilogico ee potest, e reductio opositarum propositionum ad eundem sensum ope particula non, quae in contradictoriis preponitur unius subjecto; in contrariis posponitur; in subalternis anteponitur, et posponitur, secundum hunc versiculum.

Pre, contradic: Post contra: prae postque subalter.

Exemplo res clara fiet: itaque propositio hæc, omnis hõo est justus, reducitur ad sensu suæ contradictoriæ, (scilicet aliquis hõo non est justus) si præponatur particula non illicu subjecto hoc modo, non omnis hõo ẽ justus, quæ equivalet huic, aliquis homo non ẽ justus; si enim non omnis hõo ẽ justus, certe aliquis hõo non est justus. — Simili modo hæ contrariæ, omnis hõo ẽ mortalis, nullus hõo est mortalis, equipolentes fiunt postponendo particula non quivis illarum subjecto, juxta illud, post-contra; sic omnis hõo est mortalis equivalet huic nullus hõo ẽ mortalis. — Postremo subalternæ istæ, omnis hõo ẽ mortalis, aliquis hõo ẽ mortalis, sic per antepositionem, et pospositionem prædictæ particulæ equipolent: non omnis homo non ẽ mortalis, aliquis homo est mortalis.

Sed quia ex multiplici negatione reducuntur obscura ejus explicatio, sensus, adque significatum, ne in equivocum laboretis, sequentia carmina memoriæ mandate.

Non omnis, quidam non: omnis non, quasi nullus.
Non nullus, quidam: nullus non valet omnis:
Non aliquis, nullus: non quidam non, valet omnis.

Circa signa hæc notate; quod licet dialectice, adque significationis proprietate, ut jacent, usurpentur; in sacra tamen pagina non omnis idem frequenter, ac nullus, valet, quare tunc non accipitur quidam non, vg, non justificabi

tur in conspectu suo omnis vivens, in qua non omnis vivens idem valet, ac nullus vivens justificabitur: non erit impossibile apud Deum omne verbum; id est, nullum verbum. In his q, et aliis licet particula non situaliter ante omnis sit aposita, postponitur vero, quantum ad sensum, solamque afficit copulam.

Sec 3

De propositionum conversione.

Conversio propositionum, ē mutatio subjecti in predicatum, et predicati in subjecto, eadem servata qualitate: id ē, servata eadem afirmatione, aut negatione, veritate item, aut falsitate. Triplex ē propositionum conversio; simplex, per accidens, et per contra positionem; simplex conversio datur, quando una propositio in aliam convertitur per mutationem subjecti in predicatum, et predicati in subjectum servata quantitate, id est universalitate, vel particularitate; ut in hac, aliquis hōō ē mortalis, aliquod mortale ē homo: Ac conversione specie, convertuntur universales negative, et particulares afirmative. Conversio accidentalis dicitur, vel datur, quando una propositio in aliam convertitur, variata quantitate; ita ut si una fuerit universalis alia particularis fiat, et e(a). Sic convertitur universalis afirmans in particularem afirmantem, et universalis negans in particularem negantem: ut omnis homo est mortalis,

ergo aliquod mortale est homo: item, nullus homo est lapis I
ergo aliquis lapis non est homo. Conversio denique per contrapositionem ē mutatio predicati, subjecti, et subjecti in predicatum, salvamanente quantitate, et qualitate, mutatis tm terminis finitis in infinitos. Si convertitur universalis affirmans, aliam etiam universalem affirmantem; et particularis negans in particulare negantem, ut omnis hoō ē mortalis, omne non mortale ē non homo; aliquis homo non ē mortalis, aliquod mortale non ē non homo, (venusto sanet circunloquio) ut prefatum convertendi artificium prontius habeatur, his versibus accipite.

Simpliciter feci; convertitur Eva per accid.
Astro per contrapositionem fit conversio tota.

In his versibus tres adnotandae veniunt dictiones, nempe feci, Eva et Astro; atq in ipsis quatuor vocales A E I O; quarum A propopositionem denotat universalem affirmativam. E universalem negativam I particularem affirmantem, et O particularem negantem, juxta sequentes versiculos.

Asserit A negat E; verum generaliter ambe.
Asserit I, negat O; sed particulariter ambe.

In primis itaque versibus prima dictio est fect, quae duas continet vocales, nempe E, quae significat universalem negantem, et I, quae particularem affirmantem denotat. Huiusmodi igitur propositiones convertuntur simpliciter. Secunda dictio ē eva, duas continens vocales, nempe E, quae universalem negantem significat, et A, universalem affirmativam; E convertuntur per accidens, juxta illud, convertitur eva per acci. Tertia denique dictio ē asto, cujus vine vocales sunt A significans universalem affirmantem, et O particularem negantem denotans. Et harum propositionum conversio fit per contrapositionem, juxta illud, asto per contra. sed jam ad ulteriora properemus.

LIB 3

Sumularum de tertia mentis operatione argumentatione, sive discursu caput 1.

Tertiam denique mentis funtionem, nimirum discursum, explicandam agredimur. Han igitur esse inter reliquas perfectionem, nemo est qui dubitet. Dicursus quidem ē terminus in quo potentia intellectiva veluti

in perfectiori modo, ac diligendi veritatem ultimo sistit, ac quiescit. Dicitur ergo discursus, quod illius ope mens felici gressu ab unius rei cognitione in alterius cognitionem curat, atque discurrat, tandemque deveniat. Vocatur etiam illatio eo quod unum ex alio inferat, novasque veritates detegat. Cum denique discursus verbis exprimitur, proprie dicitur argumentatio. Argumentatio igitur, sive discursus est oratio, in qua unum infertur ex alio; v.g. Deus est bonus: ergo amabilis est.

Qua propter in omni argumentatione tria necessario reperies notatu digna; id scilicet, ex quo infertur aliquid; quod dicitur antecedens; id quod infertur ex alio, quod apellatur consequens: et illatio, quae etiam consequentia nominatur. Eque conexio, seu dependentia consequentis ab antecedenti, ratione cujus ex illo deducitur. talis est, quae in quolibet discursu per particulam ergo, igitur, vel similem denotatur. Exemplum in hac argumentatione, Deus est bonus: ergo amabilis est. Deum esse bonum est antecedens; ex hoc enim infertur amabilem esse, quodque est consequens: conexio autem, quam habet Dei amabilitas cum ejus bonitate, per particulam ergo expressam est illatio, seu consequentia. Consequentia nunquam dicitur vera, nec falsa, quia non propositio, sed propositionum avitudo est, conexio, sive ligamen. Dicitur autem bona, si recte antecedens cum consequenti nectitur; mala si irrepte.

Quandoque vero bona ē consequentia, etiam si falsum sit consequens; vg si premittatur falsum illud antecedens, materia est cogitans: recte infertur hoc falsum consequens: ergo materia potest ēē beata, quia quidquid cogitat potest esse beatum. Vicissim potest ēē verum consequens, et mala consequentia, ut si dicatur circulus ē rotundus: ergo discrepat a sphera. Non enim id circo differt circulus a sphera, quod rotunda sit, sed quod sit planus, sphera vero solida. Consequentia vero recta, sive bona, alia materialis est, alia formalis. Prima ē, quae duntaxat valet ratione materiae; vg aliquis hōō ē rationalis: ergo omnis; quae ratione materiae necessariae, qualis ē predicatum rationale respectu hominis bona ē; quae tm erepta erit in materia contingenti, eadem adhuc terminorum dispositione servata; vg, aliquis hōō salvatur: ergo omnis: formalis consequentia ē, quae ratione formae, sive dispositione sillogismi in qualibet valet materia; ē ergo omnis homo ē mortalis: ergo ego sum mortalis. sed notate: non idem esset necessario sequi, quae dicitur necessitas consequentiae, ac sequi necessarium, quae necessitas consequentis dicitur: ex hac enim homo salvatur necessario sequitur: ergo perseverantiam finalem assequitur, quod tm consequens ē contingens.

Pro legitima autem consequentia, qualibet materia sequentes observandae sunt leges: 1ª ex vero semper sequitur verum: falsum non nisi ex falso: ex falso aliquando falsum, aliquando verum. 2, ex contingenti potest sequi, vel contingens, vel necessarium, aut non impossibile: ex impossibile autem, sequitur quodlibet. sed scitote, quod non sic

intelligenda veniat hujusmodi regula, ut ex impossibili quodlibet sequatur impossibile, seu propositio quevis; sed ita, ut ex impossibili sequi valet, vel impossibile, vel necessarium, vel contingens, vel omnia simul. 3: quidquid sequitur ex consequenti potest etiam ex antecedenti inferri. Patet in hoc exemp: Petrus est homo: ergo est vivens: quoniam vero ex eo quod vivens sit, sequitur esse substantiam; etiam ex eo quod ~~vivens~~ homo sit, substantiam esse recte probatur; ideoque valet Petrus est homo: ergo est substantia. 4: quidquid repugnat consequenti, repugnat antecedenti. 5: ab opposito consequentis valet consequentia ad oppositum antecedentis. 6: a negatione universalis infertur negatio sui particularis; sicut ab affirmatione affirmatio. 7: de actu ad potentiam valet consequentia. 8 denique: de negatione actus ad negationem potentiae non valet consequentia; bene vero vice versa &c hujusmodi.

Caput II

De variis argumentationibus speciebus.

Generalibus jam sancitis regulis in omni argumentatione pro rectitudine consequentiae necessario servandis, quot argumentationum genera esse possint, videamus oportet. Sex vulgo enumerantur, nempe; syllogismus, entimema, prosillogismus, exemplum, inductio, sorites, et dilema. Syllogismi

ē argumentatio, quæ ex duabus expressis propositionibus tertia infertur, ut cū dicitur, omne, quod cogitat, existit; atque ego cogito: ḡ existo. Propositiones inferentes, quæ pro antecedenti notantur, vocantur premisse, prima maior; secunda minor. Propositio illata conclusio nominatur. Entimema ē sillogismus truncatus, cujus aliqua propositio reticetur, et in mente retinetur. Unde entima j ore, ut ajunt, ē sillogismus j mente: v.g. cogito; ḡ existo; ubi subintelligitur illa propositio, omne, quod cogitat existit. In entima absolute dicitur ant̄ propositio inferens

Prosyllogismus ē argumentatio ex sillogismo, et entimate constat. Ē ḡ, omnis, qui studet virtuti placet Deo; sed aliquis vestrū studet virtuti: ḡ aliquis vestrū placet Deo; sed omnis, qui placet Deo, habet justiciam: ḡ aliquis vestrū habet justiciam. Exemplum est argumentatio, qua ex aliquo singulari aliud infertur, propter similitudinem rationis utrovique repertam: v.g. Christus pepercit Magdalenæ penitenti: ḡ et mihi parcet penitenti: quæ argumentationis species caute admodū ē adhibenda; in his enim, quæ similia videntur, aliqua sæpe occurrunt discrimina, quæ justam unius ex alio consequutionem impediunt. Inductio ē argumentatio, qua a sufficienter enumeratis singularibus, aliquid his omnibus commune, et universale concluditur: v.g. hic hōō est mortalis, et ille, et ille ceteri: ḡ omnis hōō ē mortalis. Hæc argumentatio invictissima ē, si integra sit, et perfecta rerū enumeratio; alioquin erit manca, et roborit expers.

sorites ē aggregatus syllogismus ex pluribus contentis in propositionibus antecedentibus graditim positis; ut si probare velim avaros esse miseros, ita per gradationem efficere potero: avari multa desiderant; qui multa desiderant, multis egent; qui multis egent, sunt miseri: ergo avari sunt miseri. Dilema, quod et argumentum vicorne dicitur ē argumentatio, qua ex duplici propositione disjunctiva aliquod infertur respondens utrique disjunctionis membro; ut si probare velim, omnes homines ēē miseros quandiu mortali corpore vivunt, ad illud consequendum sequenti utar dilemate: quisquis hanc vitam vivit, vel cupiditatibus servit, vel obsistit; si servit miser est, easque explere namque nunquam poterit; si obsistit, miser quoque est; nam sibi perpetuo repugnare cogitur: ergo quisquis mortalem hanc vivit vitam miser ē. Novilior inter has argumentationis species ē syllogismus, ad quam cetere revocantur. Quare unicede sillogismo, sequentibus dicendum nobis incumbit.

Caput III

De materia, et forma syllogismorum eorumque conditionibus universim.

Cum sillogismus sit artefactum quodam ex dilectione logicę constructo materia et forma coalescit. Igitur sillogismi apellatur materia, id ex quo componitur; et est duplex:

proxima, et remota. Materia proxima syllogismi sunt propositiones, ex quibus immediate componitur; major videlicet minor, et conclusio. Materia vero remota sunt tres termini, propositionibus inventi, veluti materia materiae. Terminus bis in premissis repertus medium dicitur, sive argumentum; terminus autem, qui cum medio reperitur in maiori propositione, major dicitur extremitas, vel extremum maius; terminus denique, qui cum medio in minori reperitur propositione, minor dicitur extremitas, vel extremum minus. Sit igitur pro exemplo sequens syllogismus: omne cogitans est spirituale; omnis mens est cogitans: ergo omnis mens est spirituale. In hoc cogitans est terminus medius bis in premissis repertus; spiritualis est maior extremitas, quia cum medio reperitur in maiori; mens denique est minor extremitas, quia cum eodem medio in minori propositione adest.

Forma syllogismi est ipsius materiae dispositio; quae itidem duplex est, nempe vel materiae remotae, et dicitur figura; vel materiae proxime, et modus appellatur. Modus est apta propositionum dispositio secundum quantitatem, et qualitatem essentialem ad concludendum idea; secundum affirmationem, vel negationem scilicet, universalem, vel particularem. Figura est terminorum dispositio secundum predicationem, et subjectionem, ut inferatur conclusio. Cum vero triplex esse posit medium cum extremis convinatio, sive dispositio in premissis, triplex inde resultat figura. Haut enim medium est subjectum in una, et predicatum in alia; en primam figuram; aut est in utraque premissa predicatum; en 2 figuram, aut denique est in utramque premissa subjectum; et en 3 figuram; juxta illud.

Sub-Pre-Prima. Secunda Bis Pre: 3 Bis sub.

Sed vero cum figuram plurialitatem ex diversitate convinatio
nis medij cum extremis in premissis dicxerimus desumenda,
inde quarta absdubio aparet figura: si medium scilicet predi
cetur in majori, et in minori subjiciatur: quoniam ultima,
ut pote minus naturalis, parum differt a prima, tribus prioribus
cum relatis contenti fuere scholastici, qui in hac parte sequimur
laeti, quia breviores. In qualibet autem figura juxta artem
convinatoriam plures exant modi: novendecim communiter
assignentur ad inferendum acti, qualiter notantur dictionibus
absonis

A. figura 1.) Barbara[A], Celarem, Darij, Ferio || Baralipton[B]

B. modi indirecti.) Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,

C. figura 2.) Cesare[C], Camestres, Festino, Baroco, || Darapti[D],

D. figura 3.) Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Ut misterium dictionum hujusmodi vobis innotescat, explicatio
nem accipite. In quolibet ex his dictionibus tres primae vocales sunt
observandae, quibus tres sillogismi propositiones suo ordine

denotantur. Siquae vero vocales aliquando supersint, uti in Baralinton, et Frisesomorum, contephuntur; solum enim ratione metri sunt apositae. Vocales inquam, AEIO denotant propositionem per talem literam expressam debere ee universalem, vel particularem, affirmativam, vel negativam, juxta jam vobis perscriptam regulam asserit A &c. Noven igitur priores modi ad 1 pertinent figuram: sequentes 4 ad 2: et reliqui 6 ad 3. Ex noven autem ad ad 1 figuram pertinentibus primi 4 sunt perfecti, quia directe concludunt, caeteriquinque imperfecti quia indirecte concludunt, et omnes aliorum. tunc dicitur modus directe concludere, quando major extremitas in conclusione predicatur de minori; indirecte vero, quando extremitas minor de majori predicatur. His ergo positis, pro qualibet figura claritatis gratia exemplum accipite.

Sit ergo pro prima in Barbara, in qua sillogismus triplici universali affirmativa constare debet propter triplicem A, juxta regulam asserit A. Insuper quia modus iste ad 1 pertinet figuram, terminus medius debet ee subjectum in majori, et predicatum in minori, juxta illud sub-pre-prima &c. Ac denique, cum sit modus perfectus, quo directe concluditur, major extremitas debet ee predicatum minoris in conclusione. Quare sic evadet sillogismus: omne cogitans e spiritale; omnis mens e cogitans: ergo omnis mens e spiritale. In Baralinton modo indirecto primae figurae: omnis spiritus e substantia; omnis Angelus e spiritus: ergo aliqua substantia e Angelus. Conclusio e particularis affirmativa quia tertia vocalis

ē I: concludit indirecte, quia li substantia, major extremitas, in conclusione ē subjectū minoris, quae ē li Angelus. Exemplū in Cesare pro 2 figura: nullū peccatū ē bonū; sed omne meritū ē bonū: ḡ nullū meritū ē peccatū. Pro 3 figura in Darac tem omne aāl ē sensibile, omne aāl ē vivens: ḡ aliquod vivens ē sensibile. Juxta exempla oellata, et aliquali regularū reflexione, alios, et alios, pro qualibet figura conficere poteris sillogismos.

Caput IIII

De reductione syllogismorum imperfectorum ad perfectos.

Quamvis sillogismi omnes recti evadant, si juxta regulas superius positas, servato modo, et figura, fuerit dispositi; soli tm quatuor priores modi primae figurae si stricte loqui velimus, naturalem terminorum ordinem servant, quapropter proprie perfecti nominantur; ceteri vero omnes non nihil ab eo deflectunt. Ideoque si qui modi minus evidenter concludere videantur, eos logici ad quatuor primae figurae modos regularum ope reducunt, ut clarius judicare valeant, an bene, vel male concludant? Quo circa hujusmodi reductio ita definiri potest: sillogismi minus perfecti ad perfectionem evidentiae causa

transformatio. Ea duplicis ē generis, directa scilicet, quam etiam ostensivam vocant, sive per ostensionem; et indirecta, quæ dicitur reductio ad inconmodū, vel per impossibile.

Reductio ostensiva ea dicitur, qua syllogismus imperfectus ad perfectū revocatur per traspositionem, aut conversionem alicujus, vel aliquarū ex ipsius propositionibus. Qua in re advertendū ē primo, modos incipientes a littera B, ut Baralinton, ad Barbara ēē revocandos: hinc incipiunt a littera C, ut Cesare, ad Celarem: qui ad litteram D, ut Daracti, ad Darij: denique qui ad F, ut Festino, ad Ferio reductio oportere. secundo observandæ sunt quatuor littere S.P.M.C. quotiescunque occurrunt in fine silavarū cujuscunque artificiosi vocabuli: nam S. significat, propositionem vocali precedentis respondentem simpliciter ēē convertendam; P, per accidens; M eam locomovendā, seu transponendas esse premissas, ut sit minor, quæ major erat, et major, quæ minor: denique C (non initialis dictionis) denotat, modū in quo ē, carere reductione directa, seu ostensiva; quare per impossibile ēē reducendū, ut sunt Baroco, et Bocardo. totumque hoc sequenti exprimitur distico.

S vult simpliciter verti P vero per accid

M vult transponi, C per impossibile duci

His ergo notatis, et in memoriam revocatis, quæ de pro-

positionis conversio caput 2 Libri precedentis sec. 3 dicximus, ut reducas sillogismum in Cesare efformatum, qualis est, nullum extensum est spiritus; omnis Angelus est spiritus: ergo nullus Angelus est extensus: ut hoc, inquam, reducas, primo observa, quod modus iste incipit a littera C, quare ad Celarem est revocandus. secundo: in fine syllabae nempe Ces, occurrit littera S, quae ostendit, maiorem esse simpliciter convertendam, ut sillogismus, qui est in Cesare, fiat in Celarem, hoc modo: nullus spiritus est extensus; omnis Ang est spiritus: ergo nullus Ang est extensus. — secundum exemplum in Daractin: omnis Angelus est spiritus; omnis Ang est est creatura: ergo aliqua creatura est spiritus. His revocandus erit ad Darii, convertendo per accidens minorem illius propositionem, eo quod littera P occurrat in fine 2 syllabae vocabuli Daractin, in hunc modum: omnis Ang est spiritus; aliqua creatura est Ang: ergo aliqua creatura est spiritus.

Sit denique 3 sillogismo in Fapesmo: omnis hoo est mortale; sed nullus Ang est hoo: ergo aliquod mortale non est Angelus. quia Fapesmo incipit ab F, reducendus est ad Ferio: et quia post vocalem A, per quam maior notatur, sequitur P, debet maior in hunc modum per accidens convertit; aliquod mortale est hoo; et quia post E minorem denotantem sequitur S, simpliciter erit minor convertenda hoc modo: nullus hoo est Angelus. Ac denique quia in Fapesmo reperitur

M, trasmutandæ sunt premisse, ita ut, quæ erat minor, fiat major, et quæ major, minor, et sic consurget syllogismus: nullus hõo ē Angelus; sed aliquod mortale ē hõo: ḡ aliquod mortale non est Angelus. Simili ratione reduci poterunt ceteri modi imperfecti ad perfectos, exceptis tm̄ duobus, Baroco scilicet, et Bocardo, qui per impossibile dumtaxat reducuntur; quia in eis littera C reperitur.

Reductio per impossibile, sicut et precedens, ē translatio syllogismi de imperfecto ad modum perfectum. Et sic se habet: si concessis premissis, conclusionem neget adversarius in sillogismis imperfectis, accipienda ē propositio contradictoria conclusioni negatæ, ipsaque collocanda pro majori, vel minori, cum altera ex premissis, juxta immediate dicenda. Tunc autem concedere compellitur adversarius, vel consequentiam negatam ēē bonam, vel premissam concessam ēē falsam, vel denique duas contradictorias simul esse falsas, quod cum impossibile sit, ideo reductio ista dicitur per impossibilem. Cum vero triplex sit figura, sciendum oportet, non eodem modo fieri conversionem in omnibus; sed in modis imperfectis primæ figuræ contradictoria conclusioni negatæ ponenda ē pro majori, et quæ antea major erat pro minori; quibus positis, infertur contradictoria propositioni concessæ, evadit que sillogismus in aliquo ex quatuor modis perfectis efformatis.

Excipitur tamen ab hac regula Celantes, cujus sillogismi non negetur conclusio, ponenda ē pro-

minori ejus contradictoria; quae antea minor erat, fiat major, infertq contradictoria premissae jam concessae. In modis secundae figurae ut fiat reductio, ponenda ē pro majori ipsa maior sillogismi, cujus conclusio negatur; et hujus contradictoria assumpta pro minori, inferet contradictoriam minoris jam concessae. In tertia denique figura contradictoria conclusionis negatae assumenda ē pro majori; substinetur minor, quae antea erat, et inferes contradictoriam minoris jam concessae. Quod ut facilius percipiatis, sequentia carmina recolite.

In 1. fig. Major fit minor; fit contradictio major:

Excipe Celantes, in quo pervertitur ordo.

2. fig. Servat majorem, variatque secunda minorem

3 fig. Tertia majorem variat, servatque minorem.

Exemplum in Baroco dicta illustrabit: omnis virtus ē prudens, aliquis zelus non ē prudens: ergo aliquis zelus non ē virtus. Siquis admissis premissis, conclusio

onem neget, sumenda ē huius conclusionis contradictoria, omnis zelus ē virtus, quæ fiet minor syllogismi, eadem major superioris syllogismi retenta, quia Baroco ē secunda figura; et sic dices hoc modo: omnis virtus ē prudens; omnis zelus ē virtus: ꝗ omnis zelus ē prudens.

Hanc postremam conclusionem negare non potest adversarius, concessis premissis; et tm̄ j priori syllogismo concesserat, aliquem zelum non esse prudentem: quam obrem vel duo contradictoria tenetur admittere contra principium illud, impossibile ē, idem simul ēē, et non esset; vel negate conclusioni aquiescere. Fateor, unamque reductionem operosissimam ēē, in practicaque vix utilem, aut necessariam: illarum tm̄ noticiam vobis traditam, ut morem gereremus majorem.

Caput V

De principiis, et regulis artis syllogisticæ.

Primum artis sillogisticæ principium sic sonat ore dialecticorum: dici de omni dici de nullo: quod quidem duas habet partes; prima ē dici de omni, cujus sensus ita explicatur; quidquid affirmatur universim de aliquo subjecto

distributive accepte, affirmatur etiam hoc ipso de quolibet particulari, et singulari sub ipso contento. In hacque prima huius principii parte fundatur communiter omnes syllogismi, quorum conclusio est affirmativa. exemplum: omnis virtus ē amabilis; sed humillitas ē virtus: ergo humillitas ē amabilis. Cum enim in majori affirmemus universaliter, omnem virtutem esse amabilem, implicite affirmamus, humilitatem caritatem &c, si virtutes sint, esse amabiles: dum igitur concedimus minorem, asserentem, humilitatem ēē virtutem si simul negemus, esse amabilem, absdubio negamus in conclusione, quod in majori concessimus, duasque contradictorias simul veras asserimus; nempe omnis virtus ē amabilis, et aliqua virtus, humilitas scilicet, non ē amabilis, quod ē impossibile. ergo ex vi prefati principii in syllogismis affirmativis recte concluditur.

Secunda ejusdem principii pars ē dici de nullo, quae ita explicatur: quidquid universim negatur de aliquo subjecto distributivo accepto, negatur etiam de omnibus, et singulis sub ipso contentis. In hac autem fundatur omnes syllogismi, quorum conclusio ē negativa, ut videre ē in sequenti: nulla virtus ē mala; caritas ē virtus: ergo non ē mala. Dixi autem, subjectum in predictis propositionibus sumi oportere distributive; si enim collective sumeretur, non valeret consequentia; non enim ex eo, quod omnes Apostolos ēē duodecim affirmemus, simulque assera-

mus, Petrum, et Paulum ēē Apostolos, licet nobis inferre, quemlibet eorū ēē duodecim. Sillogismi autem expositori, qualis ē iste. Clemens ē hōō, Clemens ē Papa: ḡ aliquis hōō ē papa, non fundatur j principio predicto, sed j sequenti, quod omnibus syllogismis ē commune.

Secundum principium sillogistice artis ē, quae sunt eadem uni tertio, sun eadem inter se; et ea quorū unū identificatur cum tertio, a quo alterum distinguitur, distinguntur inter se. Qualiter principium illud in divinis locum habere possit Theologi exponant. In rebus tm̄ creatis ē indefectibile. Ejus etiam duae sunt partes seorsim explicandae. Prima asserit, res, quae cū eodem tertio identificantur, identificari etiam inter se: in qua fundatur syllogismi, quorū conclusio ē affirmativa: horū enim scopus ē ostendere j conclusione, duo extrema ēē idem inter se: ad quod concludendū utraque illa duo extrema j premissis ostenduntur cū eodemque uno tertio identificata, quod idcirco mediū apellatur: quod patet in hoc syllogismo: omne aāl ē sensitivum; sed omnis hōō ē aāl: ḡ omnis hōō ē sensitivus. Ubi clare vides, duo extrema, hōō nempe, et sensitivū, affirmari premissis ēē idem cum medio tertio aāl; ex quo legitime in conclusione inferes ēē idem inter se.

Secunda hujus principii pars asserit, quoties e duodus rebus altera identificatur cū tertio, a quo altera distinguitur, predictas res distingui inter se: hocque principium deseruit syllogismis, quorū conclusio ē negativa. In his itaque duobus principiis ars dicurrendi fundatur ex

quibus variae profluguntur consequentiae leges pro recta syllogismorum constructione omnino servandae: harum autem accipites sequentes: prima, syllogismus tribus tantummodo terminis constare debet: hujus ratio est, quia, in conclusione identitas, vel distinctio extremorum, propter identitatem, vel distinctionem ipsorum cum medio; quod non accideret, si duplex esset medium, ut consideranti patebit in sequenti syllogismo: omnis homo est substantia; atqui lapis est corpus: ergo lapis est substantia. Adsunt enim in hoc ficto syllogismo quatuor termini, nempe substantia, lapis, homo, et corpus, atque adeo nulla est consequentia.

Secundam: in syllogismorum terminis eedem serventur proprietas Logicae, quales sunt suppositio apellatio, ampleatio, et reliquae. si enim ejusdem terminis varietur suppositio v. g. (idem dic de aliis) non valet consequentia; ut patet syllogismo sequenti: Petrus est rationalis; sed rationale est nomen: ergo Petrus est nomen. — tertiam: medius terminus in altera premissarum debet semper distribui. Distribui autem est accipi pro omnibus, et singulis sub ejus significatu contentis. Ratio hujus est, quia si in utraque premissa acciperetur medius pro omnibus, et singulis sub ejus significato contentis, in altera premissa posset accipi pro uno, et in alia pro alio, atque adeo duo media essent in syllogismo: unde non valet; omnis homo est sensitivus; sed omnis Leo est sensitivus: ergo omnis Leo est homo: ubi patet, hominem esse aliquid sensitivum; Leonem vero esse aliud sensitivum: consequenterque 2 adest terminus medius.

Quartam: medius terminus ingredi nequit in conclusione: 5: nullus terminus distribui debet, in conclusione quod non fuerit distributus in premissis. Ratio quia conclusio continere nequit, quod non prehabebant premissæ; econtra vo accideret, ac regula deficiente. Hinc tritum emanavit dictum: a non distributo ad distributum non valet consequentia, ut patet in hoc syllogismo: omne animal est sensitivum; sed omne animal est substantia: ergo omnis substantia est sensitiva: in quo arguitur a termino substantia non distributo in minori ad ipsum distributum in conclusione. Hinc oritur regula: ex puris particularibus nihil infertur, quia cum particularis affirmativa non distribuat subjectum, nec predicatum; particularis negativa, etsi predicatum distribuat non tamen subjectum; terminus medius posset in una premissa accipi pro uno, et in allia pro alio. Et nota: signa universalitatis, et negationem facere, ut distribuantur termino, quos afficiunt: ita in universali affirmativa solum subjectum; in universali autem negativa subjectum, et predicatum distribuitur. Consulto dixi, ex premissis particularibus nihil infertur: ex singularibus ~~autem~~ enim optime deducitur conclusio, ut patet in hoc syllogismo: Xpts resurrexit; sed Filius Virginis Matris est Xpsi: ergo Filius Virginis Matris resurrexit.

Septima: ex puris negativis nihil infertur: 8: si altera premissarum sit particularis, conclusio nequit esse universalis. Idemque: altera premissarum existente negativa, conclusio nequit esse affirmativa. Hinc emanavit axioma: conclusio semper sequitur de viliorem partem; quod intelligendum est quantum ad quantitatem,

et qualitatem essentialem premissarum; id est, si altera premissa sit particularis, conclusio necessario erit particularis; si vero negativa, negativa; ut constat ex dictis; non vero intelligitur quoad veritatem, et falsitatem; potest enim altera, imo et utraque premissa esse falsa, et conclusio vera, ut patet in hoc syllogismo: omnis lapis est vivens; sed omnis homo est lapis: ergo omnis homo est vivens. sed de his satis.

Caput VI

De variis syllogismorum speciebus.

Quia usque dicta ad syllogismos ingerere spectant, nunc autem ad illius species descendamus oportet. Igitur syllogismi divisio, vel ex ratione materiae, vel ratione formae oriri potest. De divisione ratione formae habita satis dictum habetis, cum de figuris, et earum modis agimus. Nunc autem de ejus divisione ratione materia dicendum superest. Dividitur ergo primo ratione materiae in universalem, cujus conclusio universalis est, particularem, cujus conclusio particularis est propositio, qualessam vidistis: et singularem, sive expositorium (eo quod rem clarissime quasi ante oculos exponat) cujus scilicet medium est terminus singularis. Vg. Cicero est eloquens orator;

hic orator ē Cicero: q̄ ē eloquens orator. Pro cujus syllogismi conclusione notandum, quod medius terminus debet ēē omnino singularis; alias non recte concluderet; sicut per oppositum non recte concluderet sillogismus communis, nisi ejus medium distributive, et universaliter accipiatur. Quapropter, in isto syllogismo essentia divina ē Pater; essentia divina ē Filius: q̄ Filius ē Pater, falsum ē consequens: licet enim essentia divina, ut pote una, et individua, sit terminus singularis; ē tamen pluribus personis communicabilis: unde equivalenter est terminus communis.

Utque alia omittam, solemnis ē syllogismi divisio in apodicticum, sive demonstrativum, topicum, seu probabilem, et sophisticum, seu falacem. Sillogismus demonstrativus ē, qui et demonstratio appellatur, ē sillogismus generans scientiam, aut etiam ē ille, qui in recta forma construitur ex premissis omnino veris, et necessariis, seu quae aliter se habere non possint. Sed duplex statui solet demonstratio, una propter quid; altera dicitur quia. Demonstratio propter quid, ea ē, in qua demonstratur effectus per propriam causam; et quoniam causa prior ē effectu, ideo dicitur haec demonstratio a priori; ut si causam eclipsis solaris pro medio probativo in hunc modum assumas: cum interponitur Luna soli, eclipsis solis ē: hoc anno interponitur Luna soli: q̄ hoc anno

eclipsis solis ē. Demonstratio quia ea ē, in qua demonstratur causa per effectum: cū effectus omnis posterior sit sua causa, id circo demonstratio dicitur a posteriori; vg, quando eclipsis solis ē, interponitur Luna soli; hoc anno eclipsis solis ē: ḡ hoc anno interponitur Luna soli.

Sillogismus topicus ē, seu probabilis, qui causat opinionem, aut cujus aliqua saltem premissa probabilis sit. Illud autem probabilem dicimus, quod nobis verosimile apparet, ideoque verū judicamus, cū formidine tm̄ oposita, eaque sufficienti, ut prefatum judiciū non sit omnino firmum. Exemplū: Mater unici filii tenere diligit eum; verta ē Mater unici filii: ḡ tenere diligit eum. Ubi patet majorem certam ēē, ēē tm̄ verosimilem; et similiter conclusionem. Sillogismus autem demonstrativus ē et probabilis eisdem diriguntur regulis. Ad perfectam vero illorū noticiam sequentium terminorum explanationem (logico quidem dignam) accipite.

Assensus ē actus intellectus aliquid affirmans de subjecto. Disensus actus intellectus aliquid negans de objecto. Uterque potest ēē verus, vel falsus a conformitate, vel disconformitate cū objecto. Judicium certū ē assensus, vel disensus firmus constanter adhaerens objecto absque ulla haesitatione, vel falsitatis formidine:

hæc autem fixa, et constans mentis adhæsio ad id, quod judicat, ē certitudo judicii, seu mentis immoviliter assentientis, aut disentientis, quæ etiam certitudo subjecti solet appellari, ut distinguatur certitudinem quam vocant objecti, quæ consistit vi, ac pondere rationum validissime ad assensum impellentium. Hæc autem mentis, seu subjecti certitudo potest ēē moralis, phisica, vel methaphisica. Certitudo moralis ē, qua intellectus judicat, rem aliter se habere non posse, atenta existimatione prudentiū, vel multis gravibusq testimoniis i unū concurrentibus: vg a mexicam existere.

Certitudo phisica est, qua judicamus, rem aliter se habere non posset atento ordine naturæ: vg, plures annos ēē necessarios ad multas scientias perfecte acquirendas. Methaphisica certitudo ē, qua judicamus, rem nullo modo, nullaque pōa aliter habere se posset: vg, totum esse majus sua parte. Judicium opinativum, aut probavile, quod et opinio nuncupatur ē judiciū, quo intellectus aliquid de objecto judicat, non firmiter, sed cū hæsitatione aliqua, atque formidine veritatis oposite. Unde quo major fuerit de oposito formido; minus habebit probabilitatis judicium; quo vero minor illa fuerit major erit judicii probabilitas. Judiciū evidens ē, quo intellectus ita clare atingit objectum, ut veluti nitidam quadam luce refulgens ita videt ēē,

sicut judicatur. Hinc colligens, omne judicium evidens esse certum: non autem vice versa, ut patet in actibus fidei, qui licet omnimoda certitudine pollentes, ut pote in Dei revelantis autoritati fundati, obscuri tamen interdum aparent, cum captum intelectualis luminis superescedant.

Tandem syllogismus topicus est, qui falsis propositionibus constat, sed aparente veris; et errorem parit in intellectu: quare si demonstrationem mentiatur, paralogismus nominari consuevit; si vero mentiatur opinionem, sive ejus premissae probaviles aparent, cum tamen omnino falsae sint, sophisticus speciatim apellatur. tales sunt quicunque regulas frangunt precedentes, vel conditiones non observant pro recta syllogismi construcione traditas. Et licet harum observantia facile quisque falacias interarguendum comitti solitas deprehendere, atque dissolvere posset; congruunt tamen judicavi aliquas, quae sunt veluti capita caeterarum, hinc breviter exponere, ne incaptus qui inter versutias irretitus inveniatur.

Caput VII

De sophistarum Falatiis.

Sophistae nomen initio per honorificum fuit non secus

ac Magi, Astrologi &c, quae solo hominum quibus concessa sunt, vitio in malam partem postea sumi caepere. Sophistae enim a sapientia, quam profitebatur fuit denominatus: sed multi sapientis nomine ad fucum aliis faciendum abusi, artem illam sophisticam, imo dolosam, commium odio, atque despectui exposuere. Omnis itaque falacia, sive sophistarum cavilatio aut indictionibus posita ē, aut in cogitationibus. Prior dicitur grammaticalis; posterior vero logicalis. Primi generis falatiae ad equivocationem reducuntur, quatenus eisdem vocibus plura diversimode significantur, ut si dicatur, sidus ē Leo: ergo rugire potest. Vel quidquid est Aristotelis non ē tuum, logica, quam emisti, ē Aristotelis: ergo non est tua.

Falatia in hujusmodi argumentationibus in eo sistit, quod cum terminus medius sit equivocus, alter in una premissa, alter suponit in altera. In primo enim exemplo terminus Leo significat in antecedentis sidus quodnam Leo dictum; in conclusione vō aal rugibile. In secundo exemplo li Aristotelis denotat j majori dominium ipsius, in minori autem ipsum ēe autorem. Unde ad falatiam desolvendam attente considerandum, an medium sit univocum; sin autem distinguenda erit major, vel neganda. Alie etiam sunt grammaticales falatiae, quae j affectu dictionis fundantur: vg Maria est Mulier; congregationes aquarum sunt mulier; ergo sunt mulier. tertia falatia est cum accipitur quid pro quali nude supta pro re cum aliquo acci-

denti: vg. quidquid edisti emisti; carnes crudas emisti: ergo carnes crudas comedistis: et in similibus ita distingue: quod emi, et non qualiter emi, concedo majorem; et qualiter emi nego majorem, et concessa minori negatur consequentia.

Falatiae logicae ad aliquot capita reduci solent. 1 est ignoratio elenchi, seu ignoratio ejus, quod in adversario est reprehendendum; ut cum probatur contra adversarium, id ab eo non negatur, nec ad quaestionem attinet. tunc aut ignari, dicitur status quaestionis. 2 dicitur petitio principii; cum nempe id, quod in quaestionem venit ac principio, seu initio quaesitum, petitur, seu assumitur tamquam certum, vg. si quis terra feratur, quia nullo impellentem, terram decidit, certe petet principium: nam id ipsum est, quod quaeritur, an impellatur ab aliquo necne? 3 falatia est a non causa pro causa: cum scilicet id loco causae effectum, quod tm causa non est; ut cum cometa, aut aliquod quodvis Coeleste phenomenon causa dicitur subsequentis pestilentiae, sterilitatis, aut aliarum calamitatum, quae in genus humanum ingruunt: sic enim solent ratiocinari homines post hoc: ergo propter hoc.

Quarta est ab imperfecta enumeratione, ut si quis dicat: titus capite damnatus est, vel sua culpa, vel pravitate judicis. Imperfecta est enumeratio, nam id etiam falso, sed invicto improvorum hominum scripto, seu testimonio, aut aliis modis potest accidere.

5 ē falatia accidentis, quæ ē omnium magis captiosa; cum nempe alicui rei simpliciter, et absolute tribuitur, quod ipsi tantum per accidens convenit. Vocatur accidens in præsenti necdum quod contingente advenit subjecto, sed etiam quod cum prædicatum aliquatenus a subjecto diversum, saltem si non sit, integra ipsius definitio. Huc expectant captiones illæ; fecisti cathedram; sed cathedra ē lignum: ergo fecisti lignum. Venientem cognoscis; sed Coriscus ē veniens: ergo cognoscis coriscum. Ubi ex eo quod feceris, aut cognoscas accidens, vitio ne infertur id ipsum de subjecto. Huc etiam expectat mutatio suppositionis simplicis in personalem aut e converso; ut āal ē genus; hōō ē āal: ergo hōō ē genus. Vel hōō ē tertiæ declinationis; Petrus ē homo: ergo Petrus ē tertiæ declinationis. Item variatio apellationis; ut capra ē mater: capra ē tua: ergo capra ē mater tua: ubi terminus tua apellat in conclusione supra accidens mater, et in minori supra subjectum. Denique cum fit transitus ab esse individuali ad specificum: ut si arguas: quod ego sum tu non es: ergo sum hōō: ergo tu non es hōō; ubi major verificatur de esse individuali; minor vero et conclusio de specifico. 6 falatia ē compositionis, et divisionis; ut si id quod sensu composito intelligendum ē, sensu diviso explicetur, aut vicissim: v.g. implicat puerum ēē senem; sed puer ē hōō: ergo implicat hominem ēē senem. Sic autem respondendum: implicat puerum ēē senem, in sensu composito concedo; in sensu diviso nego. Huc etiam revocari debent que-

dam argument complexa, vg, vel tu volas, vel non volas; sed non volas: ergo volas: nam ans est sensus compositus, et consequens sensus divisus.

Septima adicto simpliciter ad dictum secundum quid et econtra. e g, siquis ex eo, quod precepta Dei solis naturae viribus, divina gratia destitutis, impleri non possunt, illa simpliciter, et absolute impossibilia pronuntiet, invitum, quod reprehendimus, incidet; quoniam argumentabitur adicto secundum quid, sive ab eo, quod dumtaxat secundum aliquem modum verum est, adictum simpliciter. Econtraria, siquis dicatur bonus cum adicto, vg bonus pictor, ex eo quod sit bonus simpliciter, mala quoque futura est consequentia: siquidem ducetur adicto simpliciter ad dictum secundum quid. ubi notandum; cum homo dicitur bonus simpliciter, attributum bonus, cadere in subjectum homo; sed cum dicitur bonus pictor, attributum bonus non afficit subjectum homo, sed predicatum pictor.

Octava falacia est consequentis, in qua ex consequenti inferri creditur ans; vel opposito antecedentis oppositum consequentis: ut si homo est, animal est: ergo si non est homo, non est animal. Quod denique falacia est multiplicis interrogationis, cui simpliciter fieri nequit satis: ut si quis querat, an Aristoteles sit philosophus, et philosophorum princeps. etenim aliud querere, an sit philosophus, de quo nulla est controversia, aliud vero an philosophorum princeps: de quo potest esse dubium. ut ergo amoveres fraudem tot dandae erunt responsiones, quot fuerint interrogationes?

Caput ultimum
Sumularum de modo inter disputandum servando.

Olim erat j animo, vel statim in ipso sumularum vestibulo, vel postallia precepta jam j ipsarum culmine quendam de methodo instituere sermonem. At vero cum viderim, si hujus notitiam ea, qua par erat, proponere claritate vobis vellem, plus justo in principiis tradendis immorandum, brevitati consulendo, eaam libenter omissi. sed tm pro scholasticis conceptationibus utiliter, atque religiosis peragendis, precepta quedam, seu potius monita valde utilia accipite ex ipsa methodo mutuata.

Arguens quicunque ante omnia tranquillam mentem, ab omnique passionum perturbatione libera retinere curet. Superbiam insuper, cateraque vitia omnino evitet. Veritatis desiderio ductus potius quam proprie mentis pertinatia, a convitiis omnino abstineat, ut pote qua caritati, atque modestiae maxime ledunt. Adversariorum non fraudulenter, sed aperto

Marte agrediatur: neq enim argumenti vis in eo sita, ut incaptus respondentem inveniat, sed ī ratione efficacia. Argumenta adhibeant juxta perscriptam syllogismorum nōmam. Contradictoriam conclusionem, quam expugnare nititur, in propria inferenda, semper studeat, atque probare quod negatus ē.

Sic jam argumento pposito, respondens ad litteram verba arguentis in quatus possit repetere curet, nulla interim adhibita responsione: tunc primam argumenti premissam iterum repetet, cui statim responsionem faciet, concedens, sive transiens, negans, si falsa, si denique ambigua distingens. Simili modo minorem repetat, ac absolvat, nisi forte majorem negaverit; tunc enim minorem intactam relinquat. Si autem concessa majori, minorem negaverit, intactam relinquet conclusionem. Ad conclusionem concedo, vel nego consequentiam semper dicat: nam consequentia ī ratione talis semper ē bona, vel mala, et ideo absolute concedenda est, vel absolute neganda. Quando vero conclusio ambigua appareat, dicat, distingo consequens, non consequentia: consequens namq duplicem sensum habere potest, ī quorum uno sit recta consequentia, ī allio irepta. Quties denique syllogismus ob perscripte defectum non concludit, concessis seu potius premissis permissit neget consequentia.

Hic vero regulæ logicales accipiant jam finem sive recoli digne-
que utinam cedant in Laudem, et Gloriam Sanctissime Tria-
dos; deipare Virginis Mariæ, Protoparentis N. B.
Sororisque Scholasticæ utriusque doctoris Aansel-
mi, et Thomæ hujus potifitie regiæque Universita-
ti Protoparentis Veremundi, qui suo nos tem-
per muniat Patrotinio; cedant tandem in ho-
norem Sactæ Catharinæ Virginis,
cujus hodierna die gloriosam recoli-
mus memoriam, atque omnium
Cælestis curiæ Sactorum. In-
terea alio de more Majo-
rum maximopere ad-
hivente in Hispa-
niam pergamus
ubi felici hor-
rum ter-
minatio-
ne ru-
dimen-
torum
gratias
agamus
Deo al-
ternan-
tibus
vocib-
us de-
cant
ant-
es.

Te Deum Ladamus.



Initium Logicæ Magnæ

In Logicam magnam seu Controversiam Prefatio.



Quamquam non desint plurimi qui pro lixam rerum disputatione dialecticarum veluti temporis misericordiam jacturam in flatis buccis proclament; quia vero pre magna ejus utilitas palam ē omnibus, qui alias scientias

sub Logica duce compare curarunt; cum Logico irradiante splendore obscuroque mentis luminibus petefaciant difficultatum arcana; ac de causa, ut vestra rutilent ingenia florescant acuentum, atque utiliorum disputationi apta reclantur, Logicam magnam pertractandam libenter amplectimur. Caeterum ipsius limine sciendum oportet, facultatem, quam modo agredimur, ab ea, quam nuper didicistis, aliam revera non esse, cum ejusdem scopum colliment. In illa siquidem precepta dedimus in compendium redacta, pro detegenda veritati in qualibet materia valde utilia; quae propterea Logica parva nuncupatur. Nunc vero supra eadem monita reflectendo ulterius progredimur, naturae ipsius objecti, atque utilitati in dagimi fusioni calamo incumbentes: quare eadem met doctrina disputative scrutatur, sed usui acomodata, quo intellectuales aties, depulsa, quae haevitabatur, ruvigine, exercitatione, atque usu magis, ac magis illustretur, augeatur, gaudescat. tot enim tanta, talisque Logica discutit, quae nec dum per se, verum etiam pro omnibus coparandis disciplinis valde sint necessaria. Ê solicitudine virili, in recessoque labore in ejus acquisitionem mentis aciem dirigite, utque vobis captum difficilima offert, intime

caleatis, ne dum aliis scientiis vacare cupientes, logice vacuit, ab earum limonibus, jure merito strucda mini.

Disertatiuncula doctrinalis de quorundam adverbiorum significatione, quorum usus valde familiaris generatim in omnibus locutionibus scientissime evasit.

Priusquam aliquid disputemus, cum quorundam terminorum, adverbiorumque usus in omnibus pene scientificis locutionibus, atque j argumentorum solutionibus satis familiaris evasit, eorum brevem notitiam (ut jam alli de premissis responderet eventus) in ipso logice controverse vestibulo vobis perficere non incongruunt judicari. Licet enim horum expositio in logica parva, ubi de adverbiis agitur, propriam sedem expectaret; consumpto tm illic in presentem locum traducere proposuit, ut eam facilius memoria

recesentes, in qualibet scholastica conceptione adverbiis, quasi fermissimo scuto, adverbiorum jacula feliciter repelere possitis.

Igitur primo examinandus occurrit terminus essentia aquoquam plures alii ad rem expectantes oriuntur. Essentia alicujus rei ē natura, seu peculiare, atque intimus ēē ejusdem rei; voces autem seu termini, quibus eam explicamus, sunt perfectę rei definitio, Predicata essentialia, seu partes essentiales alicujus rei ea dicantur, quae essentiam rei constituunt, nec ab illa hullatenus distinguntur; ut significata harum vocum āāl rationale dicuntur hominis predicata essentialia: predicata, quia vere de homine predicantur; essentialia vero, quia ejusdem essentiam constituunt. Accidens alicujus rei illud dicitur, quod eidem accidit, seu quod in ea repellitur, ad ejus tm̄ essentiam minime pertinet, nec ipsi necessario, sed solum contingenter convenit, ita ut sive predicta rei adsit, sive adsit, eadem semper perseveret; sic ēē album, aut nigrum ē accidens hominis; sive enim albus sit sive niger semper ē hōō. Hinc aliquod predicatum essentialiter dicitur convenire subjecto, cum hōō necc̄ē, nec concipi valet sine illo, ut rationale respectu ho-

minis. Accidentaliter vero alicui rei convenit predicatum, quod ad ejus essentiam minime expectat, imo res absque illo consistere, vel saltem concipi valet, ut ēē album respectu hominis.

His valde affines sunt termini per se, et per accidens, aliquando tm strictius, aliquando minus stricte accipiuntur. Illud j rigore dicitur per se rei convenire, quod ex natura ipsius rei convenit: sic homini ejus predicata essentialia conveniunt, atque ea, quae j propria nāā radicantur ut proprietates. Quare hōō necdum ē per se rationalis, sed etiam risibilis. Quado effectus ē proprius causae dicitur causam per se talem effectum producere; ut aqua per se ē causa frigoris, per accidens vo calefacit. Contraponite terminum per se, termino per accidens, sensu, in quo per se accipiatur. Aliquid realiter alteri convenire dicitur, cum vere, et in re eidem convenit, idque sive essentialiter, sive accidentaliter: sic asseritur. Petrum ēē realiter hominem, ac etiam ēē realiter album.

Absolute dicitur aliquid rei convenire, cum sine comparatione ad alia illam talem, vel talem denominat; sic hōō absolute dicitur rationalis, et paries albus. Respective vero res dicitur talis, cum in se non habet predicatum denominans, nisi per comparationem ad aliud: sic vir parve sta-

ture dicitur major respective, si cum parvulo compare-
tur. Frequenter absolute idem sonat ac simplici-
ter, dum nimirum sine adito, aut limitatione res talis
denominatur. sed proprius juxta D. T. 2.2.q.58.a.
12 a.2. simpliciter dupliciter accipitur; sic dicitur
simpliciter bonum v.g. vel quo ē omnibus modis bonum,
sicut virtutes; vel quod ē bonum secundam propriam
naturam consideratum, quamvis per abusum possit
fieri malum, ut patet in divitiis, et honoribus. secun-
dum quid tum dicitur aliquid rei convenire, cum predica-
tum unice rei convenit secundum aliquam particulam di-
minuentem superaditam: sic homo pictus dicitur secun-
dum quid hoō.

Materialiter, et formaliter sunt duo expressio-
nes in solutionibus argumentorum valde usitatae. Materia-
liter, seu identice aliquid alteri convenire dicimus, cum
ei ea ratione convenit, quod subjectum commune sit aliarum
etiam perfectionum; sic dicitur, medicum ēē musicum materi-
aliter, et identice. Id ē, idem subjectum, quod medicus ē,
etiam ē musicus: nullatenus vero dicimus, medicum forma-
liter, seu qua medicus ē, ēē musicum; non enim eo musi-
cus, quod medicinam caleat. Econtra aliquod attributum
dicimus, convenire alicui formaliter, seu quatenus tale

cy perfectionem peculiarem disignare volumus, ratione cujus ille convenit predicatu atributum: sic dicimus album formaliter, seu quatenus tale, id ē, gatenus albu ē, nocere visui: non enim album quatenus paries, aut papirus potentiae visivae ē infestum: si enim prefate res alterius essent coloris minime visui nocerent.

Multoties materialiter, specificative, identice, et realiter pro eodem usurpantur eo quod haec adverbia supra materiam, subjectu, aut entitatem apellent: sicut etiam ista formaliter, et reduplicative aliquando indiscriminatim accipiuntur. Sic haec propositio, aal hominis ē rationale, dicitur vera identice, specificative, et materialiter, quia eadem ē entitas animalis, et rationalis hominis; reduplicative vero et formaliter ē falsa, cu aal quatenus tale, non sit rationale. Ex sumulis habetis, quibus particulis sensu ~~[illegible]~~ reduplicativus exprimitur. Utquo et utquo, sunt veluti duplex efugium, quo usque ad nauseam, multoties utuntur dialectici ut argumentorum eficaciam eludant. Utquo denotat, denominationem convenientem supposito, seu cuilibet concreto, convenire ipsius formae, ut quo, seu tamqam id ratione cujus. Sic quia paries ab alvedine dicitur albus, albedo dicitur alba ut quo, pa

ries vero albus utquod: idem proportionaliter dicen-
dum j aliis denominationibus. Hæc nihilominus sit
veluti regula; quod j denominationibus ab actionibus pro-
venientibus semper denominatio convenit suposito
utquod quia actiones sunt supositorum: actioni autem
convenit utquo: sic hoc dicitur amans, videns & ut
quod, actio vero, qua amat videt, ē utquo amans,
et videns.

Virtualiter idem sonat, ac equivalenter. sic
dicitur Pro-Regem virtualiter, seu equivalenter ēē
Regem, quia licet talis revera non sit, idem tamen
munus ac Rex in traditionis suæ terminos gerit.
Adequate, et totaliter, idem significant ac secun
dum omnes omnino partes: sic cervus dicitur ade-
quate niger, quia nempe secundum omnes sui par-
tes, niger ē, econtra inadequate, et partialiter, idem
ē, ac secundam aliquam, vel secundum aliquam tantum
partes; sic etiops dicitur inadequate, et partialiter al-
bus, eo nempe quod tantum sit secundum dentes. In
recto, et in obliquo: rectum logicæ dicitur, id, de quo predi
catum verificatur: obliquum vero, quod comitatur subjec
tum veluti accessorem. Rectum in nominativo casu poni
tur, in aliis vero obliquum; ut j hac propositione, pa-

lium Petri ē mutuatum, in qua predicatum no verificatur de obliquo, sed de recto conotante obliquum. Directe et indirecte. Quidquid primario, et ratione sui queritur, directe dicitur intendi; indirecte vero quod solum ratione alterius. Unde hæc adverbia proprie verificantur de agentibus propter finem. Idem prorsus significare videntur alia duo primario, et secundario: qui enim aliquem finem intendit, dicitur, directe, et primario querere finem; media vero indirecte et secundario.

Actu, et pōa, quæ possunt ēē, in pōa esse dicuntur; quæ vero jam sunt, in actu ēē dicuntur. Sic deambulatio vespertina, quæ nunc actu non existit, quia tamen vespere existere valet, nunc ē in pōa ad existendum: sesio vero presens ē in actu, quia nunc exercetur. Nota tm̄, alliud ēē, poam ēē; alliud vero ēē in poa. Esse poam verificatur de potentiis activis, etiam si sint j actu: quare intelectus vg ex quo actu intelligat, non desinit ēē pōa intelectiva; ēē j pā verificatur de potentiis objectivis seu passivilibus, vel quod idem ē, de objectis potentiarum; vg lignum ē j pōa ad imaginem, quæ ē objectum potentiæ, seu facere potentis.

In actu 1, et in actu 2. Per actum 1 intelliguntur principium, pōa, seu virtus operativa, ut voluntas, et intelectus; per actum 2 operatio, ut volitio ipsa, et intellectio. Insuper actus

ꝑ alius ē proximus, remotus alius. ꝑ ē virtus operativa cū omnibus requisitis ad operandū; sic ignis aplicatus dicitur ēē j actu ꝑ proximo ad comburendū. 2 ē ipsa virtus secundū se, precisis, seu deficientibus aliquibus, vel aliqua ex conditionibus adagendū, ut ignis ad convustibile non aplicatus. — Signate, et exercite. Poa, et ejus actus his duobus modis considerari possunt. Considerantur signate, dum quoad essentialia concipiuntur, precisive ab eo, quod existant, vel non existant. exercite vero dū, prout sunt j exercitio, vel actu considerantur. Signate idem aliquando significat ac reflexe: et exercite idem ac non reflexe: sic, qui bene canit, regularū musicæ ignarus, dicitr, exercite regulas musicę scire, non vō signate: e contra multoties eruditus musicus musicæ regulas optime calens, ipsas ad praxim perperam reducit; qua propter dicitr ignorare eas exercite, non vero signate.

Implicite, et explicite. explicite aliquid dicimus, cū id propriis nominibus significamus. Implicite vō, cū non nisi quatenus in alterius nominis significato includitur. Sic cum dicimus, Aristotelem fuisse Philosophum, explicite philosophum asserimus; implicite vero etiam logicū in philosophia contentam. — In sensu composito, et in sensu diviso. His expresio-

nibus oportune aplicatis quam plurime objectiones confestim evanescunt. Prima locus habet, cum de subjecto enuntiatur aliqua forma, dum existit sub alia, utraque formam conjungendo, vel componendo pro eodem tempore: 2 vero dividendo tempus, vel pro diverso tempore: ut si dicas, voluntas dum amat, potest odio habere. Sensus hujus, et similium propositionum est, quod amans in sensu diviso amoris, potest odio habere, non autem in sensu composito.

Notandum vero oportet, quod li odio habere apellare potest supra voluntatem, seu potentiam amandi, et prout sic est vera propositio, quia facit hunc sensum; voluntas dum amat habet etiam potentiam ad odium: potest etiam apellare supra amare, et tum est falsa; quia hunc exhibet sensum, voluntas dum amat potest conjungere odio cum amore: licet enim dum amat possit non amare, seu odio habere, non tamen componendo, seu simul conjungendo odium cum amore, sed ipsum dividendo. Positive aliquid dicitur de aliquo, cum de ipso exprimitur aliqua forma, quae revera in ipso sit: sic justus dicitur positive Deo gratus a gratia sanctificante. Negativus dicitur aliquid de subjecto, cum de ipso enuntiantur forma, qua caret, nullum tamen habet impedimentum quominus ipsam habeat; sic sacerdos doctus, et pius dici potest negative episcopus, quia nullum ad episcopatum habet impedimentum. Aliquando etiam li negative accipitur

pro carentia alicujus formae, subjecto incapaci illam habendi: sic hoc negative dicitur lapis. sed jam dicta sufficiant.

Tractatus

Primus Proemialis De natura Logicae. Quaestio Prima. An Logica sit simpliciter scientia? Prelivantur aliqua, et referuntur sententiae. §1.

Ex Logicae parvae exordio habetis quid nomine Logicae significetur, atque ejus divisionem in naturalem, et artificialem. Ut vero termini, quibus quaestio proponitur, plenius vobis innotescant, premittere jubat, significatum cujus vocis scientia bifariam accipi possent: primo licet mirus proprie pro quavis vera cognitione, quidquid non ignoratur scire dicitur. 2 et proprius accipitur pro

certa, et evidenti notitia rei per causam. Sub hac 2 acceptione rationem participat cujusdam virtutis intellectualis, interquinque communiter enumerari solitas, hominis mentem in verum dirigentes, cujusmodi sunt intelligentia, sapientia, scientia, ars, et prudentia. Intelligentia ē habitus primorum principiorum, seu innata illa facilitas, qua intellectus prima principia sola terminorum penetratione dignoscit: qualia sunt impossibile ē, idem simul ēe, et non ēe; totum ē majus sua parte &c. Sapientia ē habitus facilitans intellectum ad res altissimas causas cognoscendas. Prudentia ē recta rāo rerum agendarum; seu habitus dirigens humanas actiones, ut recte atque laudabiliter fiant, j genere moris.

Ars ē habitus recta cum ratione factivus. Scientia denique ē notitia certa et evidens alicujus objecti per demonstrationem acquisita. Scientia dividitur j actualem, et habitualem. 1 ē certa, et evidens notitia cujuslibet conclusionis 2 ē facilitas demonstrandi per crebram demonstrationum repetitionem acquisita. Denique pro re monendum, Logicam circa 3 materiam versari posse, demonstrativam scilicet, topicam, seu provabilem, et erroniam, seu sophisticam. His premis, in dubii resolutione prima sententia ē quorundam antiquorum asserentium

Logicam non ee simpliciter scientiam, sed facultatem quandam instrumentalem, et modum sciendi in qualibet materia. Sic propter Academicos omnem scientiam e medio tollentes, senserunt plures, ut Boetius, Simplicius, Petrus niger, et alii. 2, eaq communis, Logicam ee proprie scientiam propugnat. Quare sit.

Assertio Nostra
§2.

Logica artificialis e proprie et simpliciter scientia. Pclusio ratione: habitus cujus causa propria demonstratio e scientia proprie e; sed Logica artificialis e habitus, cujus causa propria demonstratio e: q Logica artificialis e proprie scientia. Major ex definitione scientiae innegabilis aparet. P. minor: in materia propria Logica, quam plures fiunt demonstrationes, quibus aliquis generatur habitus; sed hujusmodi habitus e Loga; cum omnis actus inclinet in habitum ejusdem rationis, cujus e actus: q Loga artificia-

lis ē habitus, cujus causa propria demonstratio est. Major quoad 1 partem ē manifesta: Logica enim, demonstrationem scientiam generare, hunc modum probat: omnis syllogismus constans ex premissis veris, certis, et necessariis, causisque conclusionis necessariae, et scientifice generat scientiam; atqui demonstratio ē hujus modi: ergo generat scientia. similiter docet, rationem ēē definito sub hac forma: definitio ē explicatio definiti; sed explicatio debet ēē clarior explicato: ergo definitio debet ēē clarior definito; et sic de aliis. Quoad vero 2 partem eque nota videntur; actus enim repetiti facilitatem aliquam, pōa relinquunt ad sui continuationem, quae facilitas habitum constituit: qua propter, quacumque materia ubi dantur demonstrationes, scientiam, et ibi dari necesse ē, ut pote quae illius ē effectus.

Confirmatur: ad hoc ut facultas aliqua proprie habeat rationem scientiae sufficit ex Philosopho primo posteriorum textu 5, et 6 heticorum capite 3, quod habeat objectum perpetuum, et necessarium, cujus passiones, et proprietates demonstret; sed Logica simile habet objectum, ut postea videbimus, de quo passiones, et proprietates demonstret; de definitione nempe quod sit clarior definito, de demonstratione, quod generet scientiam, et sic de aliis, insuper proprias

deducat conclusiones, quas ij prima principia resolvit, ut dici de omni, dici de nullo; quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, et reliqua, a quibus firmitatem accipiat, et infertivilitatem: ergo gaudet Logica omnibus conditionibus, quae ad rationem scientiae desiderantur, et quarum ratione aliae facultates scientiae proprie nominantur: ergo et ista erit proprie et simpliciter scientia.

Solvuntur Argumenta

§. 3.us

Arguo 1: facultas, cujus objectum proprie scivile non est, non est proprie scientia; sed objectum Logicae proprie scivile non est: ergo neque ipsa est proprie scientia. Major ex eo vitat, quod scientia specificatur, perfectionemque accipit ob objecto. P. 1. objectum Logicae est ens rationis; sed ens rationis proprie non est scivile: ergo. P. mi: quod non est simpliciter ens, non est proprie et simpliciter scivile; siquidem juxta Philosophum Methaphisicorum textu 4, atque Angelicum Magistrum, ibi lectione 2, unumquodque sicut se habet, ad quod sit, ita etiam se habet ad hoc, quod habeat veritatem; sed ens rationis non est simpliciter

ens: ergo nec simpliciter scivile. In minori nulla est difficultas, cum ens rationis unice per quamdam annalogiam, et similitudine cum ente reali sit ens; quod est esse ens secundum quid. Consequentia infertur. Caeterum haec nihil ad nos, qui hanc Thomistarum opinionem infra rejiciemus: quare huic argumento fusius postea solutionem parabimus, dum de objecto Logicae sit sermo.

Arguitur 2: juxta Philosophum 2 Methaphisicorum capite 3 absurdum est simul querere scientiam, et modus sciendi: sed Logica est modus sciendi: ergo absurdum erit asserere, simul scientiam esse. Resp. Philosophum unice loqui de recta methodo, quae observandae sunt, scientiis acquirendis: prius enim ea premitti debent, quae sunt quasi preambula scientiarum, quam quod aliqua aquiratur scientia: a facilioribus namque incipiendum, recta methodus expocit, ut ad dificiliora perveniatur: si igitur intellectus omnia simul querat, minor fiet ad singula, juxta illud, pluribus intentus minor fit ad singula sensus. Quapropter bene dixit Philosophus, absurdum, seu inconveniens esse, simul querere scientiam, et modum sciendi a scientia distinctum. Unde ex verbis Philosophi unice sequitur, Logicam non esse scientiam illam, cujus est modus sciendi, non autem negat

ēē ꝑ se, et intransitive scientiam. Unde sit in forma distingues: absurdum ē querere scientiam, et modum sciendi a scientia distinctum, concedo maj. scientiam, et modum sciendi a scientia indistinctum, nego maj. et concessa minori n consequentiam. Vel dic Logicam non esse scientiam principalem, sed ministerialem, aut instrumentalem, aliarumque scientiarum quasi famulam.

Arguitur 3 objectum scientiae debet ēē necessarium seu quod aliter se habere non possit; sed objectum Logicae non ē necessarium, seu aliter se habere potest: ꝗ Logica non ē scientia. Major ex eo patet, quod scientia firmitatem, et certitudinem accipit ab objecti veritate: ꝗ istud aliter ēē nequit, quam per scientiam exprimitur. Pmi: definitiones, divisiones, syllogismi, ceteraq, quae ꝑ Loga tractantur, fluida, temporalia, contingentia sunt, varieq factivilia; sed objectum hujusmodi necessarium non ē, seu aliter se habere, fierique potest: ꝗ Confirmatur 1: objectum scientiae debet ēē universale, et commune; sed omnia, de quibus in sumulis egimus, omniaque instrumenta sciendi, quecunque sint non universalia, sed particularia sunt: ꝗ idem quod prius.

Conf. 2: objectum Logicae ē opinabile: ꝗ non fic xum, nec scibile.

Ad argumentum resp. distingendo maj; debet ēē necessarium i existendo nego maj; j conexione predicatorum essentialium, seu quoad essentiam, concedo maj; et distingo mi similiter; objectum Logicae non ē necessarium j existendo, concedo minorem; j conexione predicatorum essentialium, seu quoad essentiam, nego mi, et consequentiam. Ad sequentem probationem dist maj: definitiones & contingentia sunt j existendo, concedo maj, j conexione predicatorum essentialium, nego maj, et sic distincta minori nego consequentiam. Igitur omnes scientiae, una excepta theologia, objectum habent contingens in existendo, quia solus Deus necessario existit: non creaturae, quae dependentiam a libera voluntate Dei j earum productione, et ēē important: ideoque, vel ratio scientiae unice j Theologia reperitur, vel necessitas existendi j objecto scientiarum non quaeratur.

Verumtamen etsi talem necessitatem, quae absoluta, simplex, et cathegoria dicitur, caetere scientiae non exigant, exigunt certe aliqualem necessitatem, conditionatam videlicet, mixtam, seu hipeticam, necessitatem inquam, quae sufficiat ut res nullo eventu sit aliter quam scitur. Huiusmodi necessitas, quae etiam signata, et quoad essentiam

dicitur, nihil aliud ē, quam necessaria illa, et indefectibilis conexio, seu habitudo predicatorum essentialium inter se. Necessitatem autem istam habent profecto objecta quarumcumque scientiarum illam non item: q̄ hæ propositiones Deus necessario, creaturæ necessariæ sunt, necessitatem indicant absolutam, qua prima veræ ē, falsa secunda. Sequentes vero, creaturæ necessario sunt dependentes a Deo, necessario sunt, cum Deus illas vult ēē, necessitatem dicunt consequentem, hipoteticam, seu quantum ad conexionem predicatorum essentialium, qua veræ sunt.

Similiter propositiones sequentes, definitio necessario ē syllogismi necessario sunt, falsæ sunt; veræ autem iste, definitio necessario ē clarior definito, syllogismus necessario ē discursus. Ab hac q̄ ultima necessitate dicuntur definitiones, et alia a Logica sciri, et ita cognoscit objectum ejus, ut aliter ac cognoscatur ēē queat. Neque enim fieri potest, ut detur definitio (recta intelige) quæ non sit clarior definito, neque syllogismus, qui non sit discursus. — Ad 1 confirmationem resp. Logicam agere de rationibus universalibus, i particularibus inclusis, vel eis aplicabilibus: unde concessa majori, dist. mi: omnia de quibus i sumulis egimus &c

non universalia, sed singularia sunt, exercite supta tra
nseat minor, signate supta, nego mi. et sequentiam.

Cuncta enim, quae a scientis demonstrantur, aut
demonstrantur de subjectis, rationibusque universa-
libus, ut cum ostendimus omnem hominem esse animal ratio
nale, admirativum &c; aut si demonstrantur de sin
gularibus, de ipsis, non quatenus singularia sunt, sed
quatenus in aliqua ratione universali conveniunt,
demonstrantur; semper enim eorum attributa, et
proprietates ostenduntur, quae ad ipsa non quatenus
singularia sunt expectant, sed quatenus rationem ali-
quam communem, universalemque participant, ut patet
in hoc syllogismo; omnis homo est admirativus; Petrus est
homo: ergo est admirativus; ubi vides attributum hoc admirativum
demonstrare a Logica de Petro, non quatenus singularis est,
sed quatenus rationem hominis caeteris hominibus commu
ne participat. Sic etiam quando singulare aliquod defi
nitur, ut Petrus, semper consideratur a Logico communis
aliqua ratio, quacum aliis conveniat, quaeque rationem gene
ris habeat. Unde licet definitio quevis prout in exercitio
ponitur singularis evadat, prout vero a Logico attingitur

nimirum quoad esse signatum, seu rationem omnibus definitionibus commune, ut quod clarior sit definito, quod cum ipso convertatur, quod rei explicat essentia &c., semper erit universalis. — Ad 2 confirmationem resp., omnes controversias erga objectum Logicae illud quodadmodo suponere, vel saltem connexionem suorum praedicatorum essentialium; quin ulterius quaestio progrediatur, quam ad investigandum quodnam sit principale scitum a Log. 2.

In quo differunt autores, varieque opinantur. Unde distingo ant.: est opinabile sub ratione entis reale, vel rationis, concedo ant.: sub ratione modi sciendi, tam in communi, quam in particulari nego ant., et consequentiam. Apud omnes namque certum est Logicam de modo sciendi agere, ejusque speciebus.

Arguitur 4: scientia est habitus per demonstrationem acquisitus; sed Loga non est habitus per demonstrationem acquisitus: ergo non est scientia. Major est definitio scientiae. Pmi: demonstratio praecedit habitum per illam acquisitus: ac nulla demonstratio praecedit Logam: ergo. Pmi: omnis demonstratio est effectus Logicae; at qui nullus effectus praecedit causam, sed ad illam consequitur

:g= Respondeo negando mi; ad probationem concessa
majori, nego etiam minorem: ad hujus probationem dist.
maj: omnis demonstratio ē effectus Logicæ, vel naturalis,
vel artificialis concedo maj; artificialis precise, nego
maj; et concessa minori, negatur conseq. Igitur quedam
demonstratio ē causa Logicæ, quedam autem effectus ejus.
Hæc demonstratio, definitio ē explicatio definiti; sed expli
catio debet ēē clarior explicato: g et definito. Hæc inqu
am demonstratio ante Log. factam generans ē, et cau
sa Logicæ; post acquisitionem vero Logicæ effectus ejus.
Sub 1 consideratione a Logica naturali procedit, seu quod
idem ē ab hominis intellectu primis principiis illustra
to, qui fons ē, et origo, omnium scientiarum; atque j hoc
sensu poterit ēē causa Logicæ artificialis, seu acquisita,
cum demonstratio quevis ante Logam factam apta sit
ut generet Logicam. Sub 2 vo consideratione demonstra
tio necdum provenit ab intellectu primis principiis, verum
etiam regulis artificialibus instructo; atque adeo unice ēē
poterit effectus Logicæ artificialis, non vo causa.

Arguet denique Lo
ga multoties provabiliter predit, puta cum de opinioni
bus agit; multoties sophisticæ, ut cum de falatiis: ergo

secundum partem topicam, et sophisticam, non est scientia, sed ad summum in parte demonstrativa. Totum arg. concedere poteramus, quin ex hoc infringeretur ratio conclusionis probativa, quae in aliis salvatur casibus, quibus logica demonstrative procedit. Verumtamen dist. ant.: probabiliter, et sophistice procedit dum de syllogismo probabili, aut sophistico directe agit, concedo ant.; cum de ipsis agit demonstrative supra eos reflectendo, nego ant., et consequentiam. Pro solutionis intelligentia nota: aliud esse syllogismos topicos, et sophisticos generare scientiam, aliud vero demonstrationem hos syllogismos habentes pro materia esse posse scientificam. Secundum est verum, falsum vero primum. Dupliciter ergo versatur Logica erga syllogismos topicos, et sophisticos; directe scilicet, et reflexe; sub consideratione predictorum syllogismorum eficatiam unice respicit, atque in eorum constitutione sistit: unde prout sic ad summum opinionem, et errorem causabit. Sub 2vo consideratione non solum probabiliter, aut sophistice concludit, verum etiam scientifice et demonstrative. Siquidem prout sic non minori certitudine probat, syllogismum topicum causare opinionem, et sophisticum falsitatem, quam demonstrativum scientiam.

Quaestio 2.

Utrum Logica sit proprie ars? notabilia aliqua §. 1.

Quoniam disputatione precedenti diximus, artem virtutem quandam esse, mentem nostram ad verum dirigentem, ideo ante dubij resolutionem quid, et quotuplex sit ars premittamus oportet: Arsq. itur sic communiter definiri solet: habitus recta cum ratione factivus. Sed vo quia definitio hæc vocem illam continet factivus, qua opus externum potius exprimitur, quam opus universim: hinc rationem septem accipite: habitus intelectualis, veris preceptis, certisque regulis dirigens agens intelectuale ad opus non pertinens ad bonos mores. Ultima definitionis berva, artem a prudentia secernunt. Licet enim agere, et facere, actio, et factio, sicut actile, et factile idem sonet ore grammaticorum, valde tm inter se differunt apud dialecticos; juxta hos siquidem facere, et factio proprie convenit operationi transeunti; agere vero, et actio operationi immanenti, cujus terminus intra se ipsum manet operans. Hinc oritur divisio artis in liberalem, et mecanicam, seu in activam et factivam.

Liberalis seu activa actiones internas animæ dirigit, atque actione transcartat nullus remaneat effectus, ut videre intelligere velle &c. Mecanica vo, seu factiva

in exteriorem materiam semper transeunt. Ex his quedam factivæ 5 speciei dicuntur; illæ nempe quæ opus factum post operationem non relinquunt, ut ars canendi, et zitalizandi. Quedam vero opus post se factum relinquunt, hisque acomodatur factive 2 speciei. Vg. ars fabrilis, et omnes alie, quæ serviles dicuntur efficiunt enim aliquid externum ut domum vestem &c. Artes liberales 7 numerantur, suntque ille, quæ nulla corporis fatigatione exercentur, ut Grammatica, Rethorica, hoga Arithmetica, Musica, Geometria, et Asthrologia. Mecanicæ vo dicuntur, quæ aliqua corporis fatigatione exercentur, semper itidem recensentur Agricultura, scilicet, Venatoria, militaris, nautica, quirurgica, tostoria, et fabrilis. Omnes utriusque speciei artes duobus sequentibus versibus denotantur:

Lingua tropus, Ratio, numerus tonus, Angulus, Astra.

Rus nemus, Arma, Rates Vulnera,

Lana Faver.

Cujuslibet artes regulae semper indefectibiles sunt, quibus si opus respondeat, necessario rectus erit, et absolute perfectus. Ars, quantus valet, semper naturam imitatur, nunquam tamen ad illam accedit, quamvis quandoque perficiat. His praelibatis, quamvis nomen ars ad significandas artes mecanicas primo impositum fuerit, ut ex ejus definitione constat; usus tamen sapientium invaluit indescriminatim vocandi artes, tam factiva, quam activas. Atque adeo unanimi omnium consensu Logica inter artes liberales computatur. Annuo ars liberalis sit proprie ars non eque notus est apud omnes. Negant frequenter Thomistae; sed affirmant alii, quam plurimi. Haec ultima sententia plausibilior domesticis videtur, et praecipue Modernis cum quibus sit

Assertio 5us
2us.

Logica est proprie, et simpliciter ars: P. conclusio ratione: Logica est ars liberalis; sed ars liberalis est proprie ars: ergo. Maj. conceditur ab adversariis; mi vero probatur: artes liberales reputantur perfec-

tiores, quam mecanicæ; sed non nisi ratione entis: ergo ars liberalis est proprie ars. Consequentia ex eo patet, quod artes mecanicæ ab omnibus proprie dicuntur artes. Major est omnium, et minor probatur: ideo artes liberales perfectiores, atque noviliores artes dicuntur, quia proprius ad rationem, et aal accedunt, quam mecanicæ; sed ars quæ proprius ad rationem accedit, perfectior est ratione artis: ergo artes liberales perfectiores reputantur, quam mecanicæ, ratione artis. Cætera constant, et minor ex eo clara est, quod ratio est regula artium: atque adeo artem dicimus virtutem mentis; quæ ipsius directrices regulas, et numquam errantes complectitur, quasque consulimus, cum operamus; quod citra dubium artibus convenit liberalibus, sed præcipuo quodam jure logice, cum ratione, ipsa dirigat, atque perficiat.

Explicatur: orationes Ciceronis majori videntur artificio composite, quam sutum sit calcei solum, texta lana vestrum nostrarum: ergo artes liberales majori artificio gaudent, quam mecanicæ: ergo si ista proprio, etiam illa. Explicatur 2: nemo ad judicandum de arte artificis cujuscumque atendit, an aliquid agat, vel aliquid faciat; sed sed potius an operetur conformiter ad regulas, vel non: ergo proprium judicium circa proprietatem artium potius desu-

mendum ē a conformitate rigurosa, quam a factione rigurosa. 2 directe, et positive probatur oclusio: Loga habet quidquid requiritur ad rationem artis proprie talis: ḡ est proprie ars. P. ans: ad rationem artis proprie talis sufficit directio agentis ad aliquod opus per firmas certasque regulas, atque ipsius operis executio per conformitatem ad illas; sed totū hoc habet Logā: ḡ. Mi ex dictis 3 sumularū libris perspicua est; quoniam ibi dantur regulæ pro rectificandis tribus mentis operationibus, quibus adest defectus si debient; rectitudo vero, si cū illis conformetur. Mas P: dicta sufficiunt ad constituendam aliquam virtutem intellectualem; non alliam: ḡ Logicam proprie artem: ḡ Loga ē proprie ars.

Huic efficacii rationi frequentius respondent adversarii, quod licet Loga firmas certasque regulas habeat pro intellectualibus operationibus dirigendis; quia vo operationes hujusmodi non sunt opus proprie tale, aut externū, sed pure internum, atque ad similitudinem externi, ideo causam factivam habere nequeunt, sed activam: consequenterque etiam si Loga ipsas preceptas regulas dirigat, non tm ē habitus factivus, sed activus: ḡ Loga erit ars liberalis, non proprie et simpliciter ars. sed ⓐ 1: artis perfectio inesse talis, ut supra ajebamus, potius desumenda ē a principio dirigente, debitaque cū regulis conformitate, quam a materia per ipsas dirigibili; sed directio Logicæ, sicut et cujuslibet artis liberalis, perfixas, indefectibilesque regulas, ē proprie, et simpliciter talis, non mi

nus ac directio artis mecanicae: ergo Logica est simpliciter ars. —
Contra 2: licet opus a Logica directum sit pure intellectuale, interum, et immanens habet tm rationem proprie operis, proprie dirigibilisque: ergo ruit responsio. Ans probatur: etiamsi hujusmodi opus pure sit interum, vere nihilominus transit de sui non esse ad esse, evaditque regulis Logicae formaliter conforme; sed haec est notio operis proprie talis, proprieque dirigibilis, nec alia ratione haec operi mecanico, et externo proprie conveniunt, nisi quaestio fiat de nomine: ergo.

Solvuntur Argumenta

5.us 3.us

Arg 1: ars est habitus recta cum ratione factivus; sed Logica proprie non est hujusmodi: ergo non est proprie ars: Major est definitio artis ab Aristotele tradita. Pmi: Logica non est proprie factiva, sed activa, et operationes ejus plus quam factiones actiones sunt: ergo. Pans: ij, hoc distinguitur facultas factiva ab activa, quod prima tendit in exteriorem materiam, versaturque circa opus sensibile, secus vero secunda; sed Logica non tendit in exteriorem materiam, neque operationes ejus sunt opus sensibile, sed pure intellectuale: ergo utraque premissa ex notabilibus patet, et consequentia infertur. — Accedit quedam authoritas D. Thomae 1 2 q 57 a. 30 ad 3 dicentis, quod
,, in Logica, sicut in aliis habitibus speculabilibus datur ali

quid per modum cujusdam operis, ut constructio syllogismi, quo illa dicatur per quandam similitudinem ars: ergo non proprie sed secundum quid.

Ad argumentum resp, vel negando absolute maj. in sensu intento intellectam, et absolute prolatam, vel illam sic distinguendo: ars servilis, et mecanicae concedo maj.; ars liberalis nego maj., et concessa minori cum sequentibus probationibus negabis consequentiam. Licet enim illa vox ars ad significandas artes mecanicas, quibus assimilantur similares, prima fuerit imposita, titulo tm possessionis, in memoriali, et usu jam inter sapientes recepti indiferens manens ad significandas artes tm liberales, quam non liberales, tam factivas, quam activas, quarumquevis, etiamsi specie differant, alteri tm assimilantur secundum id, quod pertinet ad artis ideam; quamque virtutem mentis, ipsius directrices regulas, et numquam errantes complectentem, ee dicimus.

Ad authoritatem D. Thomae resp; artes proprie liberales posse dici per quamdam similitudinem mecanicae, quatenus nempe opus internum explicari valet ad instar externi. Sicut enim artes mecanicae humanam dirigunt mentem perceptas fixasque regulas in operis externi constructione, sic similiter liberales ipsam dirigunt ad constructionem interni. Et quia artes mecanicae utpote ad materiam sensibilem ordinatae, magis nobis innotescunt; ideo a nocioribus artis denominationem sumendo, habitus intellectuales ad opus internum ordinati dicuntur ab Angelico Magistro per quandam similitudinem artes: quare sic distingues Angelicae Doctoris authoritatem: quo illa dicantur per quandam similitudinem ars, atenta

prima hujus vocis impositione concedo; atenta nomi-
nis significatione nego.

Arg 2: Logica est sci-
entia: ergo non est ars. P consequentia: etiam scientia, et
ars ad invicem oponuntur: ergo si Logica est scientia, non est
ars. P ans: scientia, et ars sunt diferentiae divisive
generis, nempe habitus intellectualis; sed hujusmodi
diferentiae ad invicem oponuntur: ergo = Confirmatur 1:
habitus diversimode circa objectum praecedentes, ad invi-
cem oponuntur; sed scientia, et ars erga objectum diver-
simode procedunt: ergo advicem oponuntur. P mi: scien-
tia procedit per principia resolvendo, ars vero componendo;
sed hi modi sunt diversi: ergo = 2: scientia agit de uni-
versalibus, et perpetuis, ars vero de singularibus, et conti-
ngentibus, cum opus respiciat ut in singulare ponendum:
ergo idem quod prius = Ad argumentum nego consequen-
tiam: ad hujus probationem dist ans: oponuntur
disparate, et negative, concedo ans; positive, et cont-
rarie nego ans, et conseq. Ad sequentem probatio-
nem dist maj: sunt diferentiae divisive generis ulti-
mo, et adequate nego maj; non ultimo, et inadequate,
concedo maj, et sic distincta minori, nego consequentiam.

Igitur non quecunque differentiae aliquam commu-
nem dividentes, ut genus inconjungibiles sunt, et
ad invicem oposite; sed illae dumtaxat, quae sic ultimo
et adequate dividunt genus, ut cum illo quelibet speciem
diversam constituat cum altera repugnante, ut rationale
et irrationale respectu animalis: non vero differentiae

quæ disparate, seu impertinenter, et negative se habent inter se, ut ars scientia, quarum neutra nec aliam positive dicit, nec aliam determinate excludit, sed quandoque separate ut in theorica, quandoque conjunte reperiuntur, ut in matematicis, et in ipsa logica. Quare scientia et ars sunt membra virtutem intelectualem inadequate dividentia, disparateque se habentia, uti accidit in scientia, et sapientia, quæ in methaphisica dunantur. Ad 2 distingo ans quoad 2 partem; ars agit de singularibus, et contingentibus ex parte aplicationis ad opus concedo ans: ex parte principiorum, et regularum, nego ans, et consequentiam. Quamquam Logica, ut ars, demonstrationem efficiat contingenter existentem; illam tm efficit ex firmis principiis, certis, et necessariis, atque ut cum medio indefectibili necessario conexam.

Questio 3

An detur praxis in intelectu? Quid sit praxis exponitur §.us 1.us

Cum habitus practici denominatio a praxi desumatur, antequam denominationem hujusmodi habitui logicæ convenire, et non convenire, asseramus, quid sit praxis, et an detur in intelectu exponere libet. Igitur praxis idem sonat ac opus, a verbo græco practeo, latine operor, derivatur; quare praxis objectum habitus

practici, seu operativi: ac proinde a cognitione practica distinguitur objectu ab actu ejusdem habitus. In hoc omnes conveniunt. Conveniunt insuper, assignando pro cognitionibus ad praxim requisitis primo, quod opus liberum sit, possit fieri, vel non fieri, ut excludantur opera quomodocumque necessaria: 2 quod recte rationi subdatur: 3 quod fiat, vi rationis regulantis, ut invicem regulans, et regulatus dicantur practica. sed vo valde differunt authores, determinatione operis, quod praxis nominetur.

Subtilis doctor sic praxim definit: actus alterius potentiae ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, et natus elici conformiter recte rationi. Hincut vides, actus pure intellectuales a ratione praxeos statim excluduntur. sed quis non videat, definitionem hanc, licet aput Thomistas, et scotistas celebrem, quod probandum erat, suponere, atque quaestionem sine probatione, ipso limine resolvere? Ac de causa nostrates frequenter cum pluribus aliis definitionem Scoti uno ore exprobantes, sentiunt, actus pure intellectivos, dumodo per rationem regulentur, fieri posse, eeque reipsa practicos. Unde sic praxim definiunt: actus actus regulari per principium practicum media noticia practica. vel brevius operatio ex regula posita. quo sensu sit.

Assertio Nostra

§us 2us

Actus intellectus possunt eē proprie praxis. P. conclusio ratione: actus dirigibilis, et regulabiles per

dictamen rationis ē proprie, et simpliciter practicus; sed actus intellectus ē dirigibiles, et regulabiles juxta dictamen rationis: ḡ. Minor ex sumulis constat, ubi latevidimus unum actum per alium dirigi juxta regulas. P. maj: objectum actionis regulative practice ē practicus simpliciter; sed actus dirigibiles, et regulabiles juxta dictamen rationis ē objectum actionis regulative practice, nempe dictaminis, sive actus dirigentis: ḡ. Major ex eo patet, quod actio directiva practica talis dicitur a practicum. P. mi: actio respiciens objectum, ut j re ponatur, est actio practica; sed dictamen, sive actus dirigens objectum respicit illud regulandum, ut j re ponatur: ḡ dictamen, sive actus dirigens est practicus, et objectum directum practicus.

Confirmatur: ideo juxta adversarios actus voluntatis sunt proprie practicus, quia regulabiles, dirigibiles que sunt juxta regulas prudentiae; sed etiam actus intellectus regulabiles dirigibiles sunt que sunt juxta regulas logicae: ḡ possunt ēe similiter practicus. Consequentia a paritate infertur; quia sunt prudentia per proprias regulas actus voluntatis dirigit, ut recte, et ordinate eliciantur. sic logica actus voluntatis = Preterea: sicut dictat prudentia, quod hic et nunc ē amandum, simili modo quod hic, et nunc ē studendum; sed quia dictat, et amorem ordinat, actus amoris ē practicus: ḡ quia dictat actum studii, talis actus erit practicus: ḡ sicut datur practicus j voluntate similiter quoque poterit dari j intellectu: non ḡ recte definitur practicus per hoc, quod sit opus alterius potentiae ab j telectu.

Solvuntur Argumenta 5.us 3.us

Obsicies 1: intelectus nequit esse practicus, sed ordine ad proprios actus: ergo nequit dari praxis, sed intelectu. Consequentia infertur: praxis enim est obiectum habitus practici. Ant. Probatur ex Philosopho 3 de anima textu 49 ubi ita loquitur: intelectus extensione fit practicus. Quod exponens Doctor Angelicus ibidem, et q. 14 de veritate capite 4, inquit: intelectus practicus idem est ac intelectus operationis, unde sola extensio ad opus facit aliquem intelectum esse practicum. Ex quibus sic: si in intelectu daretur praxis, intelectus absque aliqua extensione, sive tensione extra se esset practicus; hoc adversatur authoritate Philosophi, et D. Thomae: ergo. Pmaj. si in intelectu daretur praxis intra se ipsum fieret practicus; hoc ipso absque extensione esset practicus, cum extensio solum sit sed ordine ad terminum ad se distinctum: ergo.

Confirmatur ex eodem Angelico Magistro 1 2. q. 57. a. 3 ad 2 per haec verba, practicum, quod dividitur contra speculativum, desumitur ab opere exteriori. Sed actus directus intellectus non est operatio, seu opus exterius respectu actus dirigentis: ergo hic nequit denominare practicus per ordinem ad alium, atque adeo actus intellectus quamvis directus, et regulatus, nequit denominari praxis; cum correlativa sint practicum, et

praxim. Respondeo, textus Philosophus nihil nobis
officere, si in sensu pure affirmativo, non vero in
sensu exclusivo intelligatur: siquidem absque tra
dictione evenire poterit, intellectum fieri practicum
cum extensione, atque etiam fieri practicum sine illo.
Libenter tamen admisso in sensu exclusivo fuisse loqu
tum, dico, intellectum intra se ipsum extendi dum per unum
actum dirigit alium; quia cum munus proprium inte
lectus speculativi sit pure cognoscere, vere extendi
tur, seu extra se ipsum ut pure cognoscitivum egre
ditur, cum de cognitione, seu speculatione transit ad
opus. Ex his patet solutio ad 1 authoritatem D. Tho-
mae.

Ad 2 vo dicendum pariter, quod quando asse-
rit S. Doctor, practicum desumi ab opere exteri-
ori, non intelligit opus exterius prout immanenti
oponitur, ita ut practicum ab opere mecanico sumatur;
alias nec prudentia, nec moralis Philosophia pra
ctice forent per ordinem ad voluntatis actus; sed
sumit opus exterius pro actione distincta ab actu di
rigente; et sensus est, quod actus practicus termina
ri debet ad actum distinctum, intellectuique, ut pure
cognoscitivo extrinseco: quod quidem absdubio veri-
ficatur: actus enim directus extrinsecus est respec
tu dirigentis, sto ad intellectum expectet uterque.
Unde si adversarii objiciant, quod praxis est opus
alterius potentiae ab intellectu, quatenus cognoscitivo praeci
se, concede, aliter, nega, propter dicta. Qua solu
tio in forma aplicanda erit duplici authoritati An-

gelici Magistri. — Reliqua argumenta a ratione petita oportunius questioni sequenti solutionem accipient.

Quæstio IIII utrum Logica sit simpliciter practica, vel speculativa? Notantur aliqua, et referuntur sententiæ S.us S.us

Ex dictis questione precedentes satis constat quid nomine praxis significetur. Nunc autem ut clarius pateat, quid dicendum, hac re nobis videatur, explicationem terminorum sub dubio positorum adjiciamus oportet: quod speculativum idem est ac contemplativum; speculatio idem ac contemplatio, consideratio, sive defixio oculorum a nemine, aliquo objecto sic attingibili. Cognitio speculativa a Græcis theorica nuncupatur a verbo græco theoreo atque Deus ipse theos dicitur, veluti qui omnia ex arce divina contemplatur. Practicum idem sonat ac operativum, activum sive factivum. triplex

communiter, j habitu practicu, et speculativu assignatur differentia. 1 desumitur ex utriusque fine; nam juxta Philosophu 2 methaphisice capite 2 finis speculative ē veritas; practici vero opus. Hinc prologuium illud, per speculativu scimus, ut sciamus, practicu vero ut operemur. Sed nota quod alius ē finis operis, alius operantis. 1 ē ad quem ex se ipse ordinatur habitus, vel scientia, ut corpus sanabile respectu medicinæ. 2 ē, ad quem scientia ordinat subjectu illam adiscens, ut lucrum respectu medici. 1 itaque essentialis, et intrinsecus ē scientiæ: 2 vero accidentalis, et extrinsecus.

Secunda differentia ex objecto oritur; quoniam objectu scientiæ speculative ē virtus, quam contemplatur intellectus: practice vero res, quæ media operatione fit. 3 denique differentia in eo sita ē, quod habitus practicus j objectum operabile tendit modo operabili, perscribendo scilicet modu, quo opus fieri debeat; speculativus vero j objectu, vel operabile, vel speculabile, sed semper modo speculabili. In idem fere recidit, quod passim dicitur, cognitionis speculative proprium ēē tendere modo resolutorio; practice vero compositorio. Sed tm quia opus ab scientia practica intentu potest ēē cognitio, et cognitio quam scientia speculativa respicit, ē etiam aliquod opus, ut omnis vitetur equivocatio, præ oculis habendum, habitu practicu, et speculativu non respicere objectu operabile, et speculabile materialiter, et in esse rei, sed formaliter, et in ēē objecti, ita objectu scientiæ speculative, ab ipsa attingatur sub ratione formali speculabilis.

quamvis aliunde, sed ab alia causa operabile sit: objectum autem practice attingatur a scientia practica formaliter ut operabile, etiamsi alias materialiter, et specificative sit speculatio.

His igitur prelibatis, in 4 possibiles, juxta artem convinatoriam, autores objecerunt opiniones, hac controversia. 1 c. eorum, qui negantes logicam esse speculativam, practicam esse non concedunt. Pro hac citantur quidam veteres, ut Gerardus cum paucis aliis. 2 opinio, eaque communis inter Thomistas, et Scotistas cum Eminentissimo Cardinali de Aguirre, asserit Logicam esse simpliciter speculativam, et secundum quid practicam. 3 ex deametro opposita est affirmativum, esse simpliciter practicam, et secundum quid speculativam. Pro hac citantur Okam Gabriel, Choninbricenses, et alii. 4 c. affirmantium, logicam esse simpliciter speculativam, simulque simpliciter practicam: sic Eximius Doctor Vaquez Urtado, communiterque societatem PP. Nos vero qui in hac re sentiamus, quarum sit.

Prima Conclusio

S.us 2.us

Logica ut scientia est simpliciter speculativa, et nullatenus practica. Omissis quam plurimis authoritatibus, Conclusio hac efficaci ratione: habitus respiciens objectum sub ratione formali speculabilis precise

ē simpliciter speculativus, et nullatenus practicus; Logica ut scientia ē habitus respiciens proprium objectum sub ratione formali speculabilis precise: ergo prout sic ē simpliciter speculativa, et nullatenus practica. Major clarissima fit ex triplici differentia inter habitum practicum, et speculativum notabilibus assigna. Pro minorem: Logica ut scientia unice tendit in proprium objectum sub ratione formali objecti propri scientiae; sed ratio formalis objecti propri scientiae ē esse speculabile formaliter, seu ipsa speculabilitas: ergo. Major ex eo patet, quod scientia quevis inesse talis perfectionem, specificationem ab objecto accipit. Minor vero P: ratio formalis qua sive specificativa objecti propri scientiae necessario ē, vel speculabilitas, vel operabilitas ipsius; sed nullatenus ē operabilitas: ergo ē speculabilitas. Majorem nullus ē qui neget. Pmi: ratio formalis objecti propri scientiae nequit esse propria alterius habitus saltem formaliter ab scientia distincti; sed operabilitas formalis objecti ē ratio formalis propria alterius habitus ab scientia saltem formaliter distincti: ergo nullatenus ē ratio formalis objecti ut propri scientiae. Major constat; habitus enim distinctionem, et specificationem accipiunt a ratione formali sub qua objectum respiciunt: ergo si haec non distingueretur, nec illi. Pmi: operabilitas formalis objecti ē ratio formalis sub qua artis; sed ars ē habitus intellectualis saltem formaliter ab scientia distinctus, ut omnibus sanctum ē: ergo. Major ex terminorum apprehensione constat; et consequentia infertur.

Confirmatur: scientia quevis formaliter talis per hoc ab arte secernitur, quod illa modo resolutorio, et demonstrativo, ista vo modo ꝯpositivo erga proprium ꝑcedit objectum; sed primo modo assingitur objectum ut pure speculabile; 2 vero ut pure operabile: ꝫ idem quod prius. — Urgetur, et explicatur: hoga ut precisa a ratione artis, nullatenus ē practica; sed ut scientia prescindit a ratione artis: ergo prout sic nullatenus est practica. Minor ꝯtat: et major probatur: Logica ut precisa a ratione artis nullatenus ē operativa; sed quod nullatenus ē operativum, omnium judicio, nullatenus ē practicum: ꝫ. P maj: quandoque hoga operativa sit, conformiter erit ad regulas indefectibiles; sed ut precisa a ratione artis nequit operari conformiter ad regulas indefectibiles: ꝫ ut precisa a ratione artis nullatenus ē operativa. P minor: quandoque hoga conformiter ad regulas indefectibiles operetur, induit rationem artis: ꝫ ut precisa a ratione artis nequit operari conformiter ad regulas indefectibiles.

Secunda Conclusio.

5.us 3.us

Logica ut pure ars, ē simpliciter practica, et

nullatenus speculativa. Conclusio quoad 1. partem, ex qua necessario resultat probatio quoad 2: habitus sive facultas respiciens objectum operabile, ut operabile est simpliciter practica; sed Logica ut pure ars respicit proprium objectum ut operabile: ergo prout sic est simpliciter practica. Major est definitio habitus practici, ut ab speculativo distinguitur, qui non versatur circa objectum operabile; vel si operabile sit, illud tamen non ut operabile, sed ut pure speculabile attingit. Suadetur mi: respicere pro objecto opus, ut mediis regulis, et preceptis dirigibile, et regulabile, est respicere objectum operabile ut operabile; sed Logica ut ars respicit pro objecto opus, ut mediis regulis operabile et dirigibile: ergo. Maj. stat ex dicta questione precedenti, quilibet enim actus dirigens juxta regulas artis est simpliciter practicus, et opus directum simpliciter practicum, ut ibi dicebamus.

Minor vero probatur: Logica ut ars respicit pro objecto modum sciendi ipsum dirigendo, et ordinando, juxta regulas recte definitionis divisionis &c. sive ipsum proprium artificium indicat; sed modus sciendi sic consideratus est opus ut dirigibile, et regulabile mediis regulis, et preceptis: ergo Logica ut ars respicit pro objecto &c.; consequenterque habet pro objecto finem proprium habitus practici. — Ex his eruitur ratio secundae partis probativae hunc modum: finis habitus speculative est veritas; sed Logica ut ars nullatenus habet pro fine veritatem, sed constructionem operis: ergo Logica ut pure ars nullatenus est speculativa. Utraque pre

missa ex notabilibus patet, nec ulteriori indiget pro
batione. Hinc eliminanda mihi videtur artis divisio,
quam aliqui tradunt, in practicas, et theoricas, et proba
tur: omnis cognitio, omnisque facultas tendens directe
in contemplationem, et speculationem veritatis, tendit
in claritatem, quae finis est atque demonstrationis sco
pus: ergo ingreditur in interiora atque, spheram scientiae:
ergo eo ipso egreditur a ratione artis, alias enim ratio
nes artis, et scientiae neque per intellectum distingu
erentur.

3 Conclusio.

5us 4us

Logica dicens rationes ambas artis, et sci
entiae, est simpliciter practica, et simpliciter speculati
va. P. Logica tantum habet de arte, quantum sufficiat, ut
dicatur simpliciter practica, et tantum de scientia, quant
um sufficiat, ut dicatur simpliciter speculativa: ergo dicens
rationes ambas artis, et scientiae erit simpliciter prac-
tica, et simpliciter speculativa. Manifesta fit seque
la eo ipso, quod homo dicitur simpliciter corporeus, et simp

citer rationalis a corpore, et anima. Ans vero P: Logica tantum habet de arte, quantum sufficiat, ut dicatur simpliciter ars; et tantum de scientia, quantum sufficiat, ut dicatur simpliciter scientia; sed Logica tantum habet de practica, quantum habet de arte, et tantum de speculativa, quantum habet de scientia: ergo Maj. supponitur ex precedentibus: minor autem preterquam quod constat ex duplici assertione premissa, ulterius suadetur.

Objectum Logicae tantum habet de practicabile, quantum habet de artefactivili, et tantum de speculabile, quantum habet de scibili: ergo Logica tantum habet de practica, quantum habet de arte, et tantum de speculabile, quantum habet de scientia. Consequentia infertur, et ans P: objectum Logicae quantum habet de artefactibili, tantum habet de opere, et bono; et quantum habet de scibili, tantum habet de cognoscibili, et vero; sed quantum habet de opere, et bono, tantum habet de practicabili, et quantum habet de cognoscibili, et vero, tantum habet de speculabile: ergo — Explicatur: Logica ut ars sine scientia, est practica, et nullatenus speculativa; ut vero scientia sine arte est speculativa, et nullatenus practica: ergo, quantum scientia, aeque ac ars erit simul practica, simulque speculativa: ergo vel neutrum, vel utrumque simpliciter habet: impossibile est primum: ergo secundum: Logica ergo dicens rationes ambas &c. Ans satis constat ex dictis, sed ulterius quoad 1 partem, quae potest esse

dificultas, probatur: Logica ut ars sine scientia vel speculativa ē, contra probata, vel practica, vel neque practica neque speculativa; ultimum dici non potest: ergo secundum. Primi: implicat virtus intelectualis, quae neque practica, neque speculativa sit, neque sistat in veritate, neque in opere: ergo.

Solvuntur Argumenta. §us 4us.

Objicies 1 ad 1 conclusionem D. Thomae testimonium inter authores 3 sententiae valde decantatum, atque ex opusculo 70 q. 5 a 1 ad 2 desumptum: ibi: dicendum, quod scientiae speculativae sunt de illis, quorum cognitio quaeritur propter se ipsas: res autem de quibus agit Logica, non quaeruntur ad cognoscendum propter se ipsas, sed ut adminiculum quodnam ad alias scientias; et ideo Logica non continetur sub philosophia speculativa quasi principalis pars, sed ut quodnam reductum ad eam. Ex quibus sic efformatur argumentum: scientia, quae ad summum reductive ē speculativa, non simpliciter talis; sed Logica juxta expressum D. Thomae testimonium unice reductive ē speculativa: ergo Logica adhuc ut scientia non ē simpliciter speculativa = 2: illa scientia, cujus objecti cognitio non quaeritur propter se, seu propter ipsum

scire, non ē simpliciter speculativa; at cognitio objecti Logicæ, sive eorum, de quibus agit Logica, non quæritur propter se, seu propter ipsum scire; sed ut ministratalis scientiis instrumenta sciendi: ergo ex mente D. Thomæ Logicam non ē simpliciter speculativa.

Ad argumentum dist maj: scientia, quæ solum reductive ē speculativa tq ex fine proximo, quam remoto, concedo maj; ex fine remoto precise, nego maj: et dist mi: Logica iaicere ductive ē speculativa, atento ipsius fine remoto, concedo mi; proximo, nego mi, et consequentiam. Igitur duplex ē Logicæ finis adhuc sub conceptu scientiæ, proximus videlicet, et remotus: 1 qui et primarius, intrinsecus, et specificativus dicitur, j artificiosa proprii objecti cognitione sistit, nec ultra progreditur. 2 vero qui et extrinsecus nominatur, ē aliarum scientiarum assequutio. Logica igitur licet ex fine remoto, et secundario ad alias nobiliores scientias acquirendas ordinantur: atento tm fine ipsius primario, et intrinsecum propter se ipsum quæritur, sive propter artificiosam objecti cognitionem, quin ulterius extendatur.

Hoc autem sufficit, ut scientia proprie speculativa sit, parsque philosophiæ theorice. Sic autem j Phisica, et methaphisica ad rationem scientiæ simpliciter speculative sufficit, quod ex fine intrinseco primario, et immediato proprii objecti cognitio propter se ipsam quæratur, quamvis j fine

extrinseco Phisica ad Methaphisicam, atque etiam ma
thematicæ scientiæ, ad hanc, ut pote prestantiorem
havitus, ordinantur, ut Aristoteles, et D. Thomas pluries
docere videntur. Ea enim ē scientiæ subalternæ condi
tio, qualis sunt Logā, Phisica, et Mathematica, ut qua
mtumvis speculativa sit, ad subalternam scientiam,
qualis ē Methaphisica, ordinetur: ex his autem Logā
propter objecti debilitatem inter speculativas scienti
as nobilitate infima, inter omnes philosophiæ specu
lative partes infimum obtinet locum; atque adeo non tam
propter se ipsam de facto quæri solet, quam quia ad
alias nobiliores consequendas intelectum properat; etiam
si rationis finis proximi propter se ipsam quærime
rito possit. Ex quibus satis fit Angelicus Doctoris
testimonio.

Argues 2, et simul contradicta replica
bis: finis extrinsecus logicæ adhuc sub munere sci
entiæ, non ē speculatio, seu pura objecti contemplatio;
sed actus intelectus directio: ergo adhuc sub munere scien
tiæ non ē simpliciter speculativa. Patet consequentia ex
notabilibus. P. ans: actus intelectus directio non inspici
tur a Logā propter ipsorum speculationem, sed econtra
speculatio propter directionem: ergo finis ultimus &c. P. ans: quid
quid, j Logā docetur, j ordine ad directionem, usque
artificii, j actus intelectus inducendi traditur: ergo et actuum

intellectus speculatio atinguitur a Logica cum ordine ad ipsorum directionem. Si ergo in speculativa scientia sola objecti speculatio sine ordine ad aliud quaeritur, Logica non erit simpliciter speculativa.

Argumentum, sicut et alia huic similia, probat, Logicam esse simpliciter practicam sub munere artis, in quo sensu totum concedetur. Quare nego ans: ad probationem dist ans: actus intellectus directio non inspicitur a Logica propter ipsorum speculationem, sub munere artis, concedo ans; sub munere scientiae nego ans. Ad ultimam probationem dist ans: quidquid in Logica, quatenus ars docetur, in ordine ad directionem &c, concedo ans; quatenus scientia, nego ans, et consequentiam. Licet enim quidquid in Logica docetur in ordine ad intellectus directionem atingatur, sit tamen Logica sub munere scientiae accipiatur, prout sic non in ipsa actuum directione quasi in ultimo fine sistit, sed ad ipsorum naturam, proprietatesque speculandas ulterius extenditur. Speculativum enim formaliter respicit veritatem, ut sciatur; practicum vero ut fiat, atque executioni mandetur. Quotiescunque autem Logica sub munere scientiae accipiatur, nequit non pro ultimo fine respicere cognitionem certam, et evidentem conclusionem ipsius per causam necessariam; quod juxta omnes est munus proprium, atque ratio formalis scientiae. Hujusmodi autem cognitio est in manifestatione connexionis praedicatorum ad invicem, atque veritatis necessariae; quae quidem omnia intra genus pure speculationis continetur, ut potequae

intelectus qua perspicans, et speculativus veritatis est, perficiant.

Arg. 3. (a) rationem & assertionis probatibam: aliquae scientiae non sunt speculative, sed practice; sed omnes scientiae habent objectum cognoscibile et scibile: ergo aliquod objectum cognoscibile non est formaliter speculabile, sed operabile; atque scientiae ipsorum non modo speculabili, sed operabili respiciet: ergo ex quo Logica ut scientia respiciat objectum sub ratione formali objecti scientiae non probatur, esse simpliciter speculativam. Omnia patet ex dictis propter majorem, quam sic probabo: medicina ethica, atque aliae scientiae non speculative, sed practice sunt: ergo P. ans. primo ex D. Thoma opusculo 70. a. 4. ad 4, ibi: cum autem medicina dividitur in theoricam, et practicam, non attenditur divisio secundum finem, sic enim tota medicina sub practica continetur, ut pote ad operationem ordinata; et paucis interpositis: unde non oportet, ut si alicujus activae scientiae aliqua pars dicitur theorica, quod propter hoc illa pars sub speculativa scientia ponatur: ergo juxta Sanctum Doctorem medicina sub nullo munere est speculativa: sed nihilominus est vera, et proprie scientia, ut omnes concedunt: corruit ergo tota nostra probatio.

Conf: philosophia moralis, qualis est ethica, est scientia simpliciter practica: ergo idem quod prius. Ans. P: scientia per principia practica simpliciter ad operationem procedens est simpliciter practica; sed phi

losophia moralis per principia simpliciter practica, ut bonum ē faciendum, malum fugiendum &c, ad operationem procedit: q̄ — Acres fateor has replicas, sed non usque adeo eficaces, ut rationes prefixas evertant. Igitur pro ipsarum solutione animadversionem sequentem maximopere vobis comendo, nimirum; tantumodo scientiam quamlibet dici posse practicam, aut artificiosam, quamtumdem ars dicatur scientifica, aut demonstrativa; tamtumdemque hoc, quantum speculativum, dici valeat practicum, et practicum speculativum, valde nimirum accidentaliter utrumque, id ē per concomitantiam utriusque virtutis intelectualis, artis, et scientiae, quarum 1 vendicat sibi omne practicum, 2 vo omne speculativum. Cujus viderationis defectu innumeri fere authores, in presenti (equivocationi ita nobis videtur) anxiam dedere, atque questionem de nomine facientes, pro sua quisque parte certare videtur, quin alterius attingat, sed meram, et vacuam vocem. Ex hujus aplicatione doctrinae omnia, vel pene omnia argumenta, quae a 1, et 2 assertionem afferri valeant, facilius evanescent.

Quare ad argumentum nego majus in sensu formali intellectam, et absolute prolatam: quoniam rāo assertionis nostrae probativa, in qualibet subsistit scientia, hujus atenta ratione, quam numquam dependit. Ad probationem dist ans: Medicina, ethica, et aliae scientiae sunt practice, secundum quod de ratione artis particu

pant, scedo ant; sub ratione scientiae precise nego ant, et consequentiam; quin authoritas D. Thomae aliquid momenti, i contrarium faciat, quae sub eadem distinctione erit exponenda. Hoc agregatum scientia practica idem valet ac istud scientia ars: si illo tantum resplendeat scientia, quantum ars, eodem jure dicetur speculativum, quo practicum; si emineat ars, potius dicetur tale conflatum practicum, quam speculativum: si scientia emineat, potius dicetur speculativum, quam practicum. Potest dari medicus scientificus, qui non operativus sit; tunc que erit medicus speculativus. Imo et praxes possunt speculande venire, speculationesque practicandae; quemadmodum valet quis, et operari, quod sciat, et scire quod operatur. Quando scit, speculator est operis; quando vo operatur practicator sciti: ē, in quam, 1 casu speculativus practici: i 2 practicus speculativi: in hoc artis exprimitur rāo, i illo scientiae.

Haec eadem doctrina locum habet i morali Philosophia. Quae tm dupliciter considerari valet; vel secundum quod i consortio prudentiae ad praxim dirigit, vel secundum quod ab illa precisa, naturam virtutum speculatur. In primo sensu induit rationem artis; in opere sistit, nec curat de veritate, aut speculatione. In 2 vero ē proprie scientia, i veritate sistit, neque ad

operationem ordinatur. Utraque, Ethnicis patet. quo re poterit quis Ethnicus insignis philosophus evadere, atque imprudens peccator, quin cogitet de practica, et executione virtutis.

Sed insurges: ergo quo plus emineat, in tali agregato scientia pre arte, potius dicetur speculativus, quam practicus, et quo plus emineat ars pre scientia, eo plus dicetur practicus, quam speculativus: ergo quaestionis substantia potest remanere, tituli termini, in hos mutatis: utrum Logica plus de arte, quam de scientia contineat? vel, in hos: utrum scientia Logica deserviat arti Logicae plus quam ars Logica scientiae Logicae? Quod, in eundem sensum recidit, ac, utrum Logica plus habeat de speculativa, quam de practica; vel plus de practica, quam de speculativa? Si autem res ita se habeat, intactam relinquimus dubij resolutionem. Quid ergo quaestioni sub istis terminis erit dicendum? — Resp. quod licet quaestionis substantia eadem revera sub his terminis appareat, ac sub alijs, in titulo positis; rectius tamen per illos exprimitur ad resolutionem investigandam: sub his siquidem posita intellectui confusioni parere; in quolibet enim ortum conatum rationis frangitur, quaequasi per saltum non unico ictu cuncta perlustrat.

Principium sumpsit Logica posquam obscurata est lux rationis, deperditaque primi parentis peccato, a consideratione, et reflexione hominum qui cogitationes quasdam rectas

pre aliis videntes, ipsas invenerunt conformes quibus
dam regulis, quarum semina intra ipsum naturae lum
en plaudebantur; econtra vero disconformes alias.
Pasum hunc tamartes, quam scientiae dederunt om
nes. Postquam autem Logicae regulas dabiles, veritati
acomodatas viderunt re illarum firmitate se ipsos cer
tos fecerunt per evidentem speculationem, et ratioti
nationem scientificam. Usque tunc illis dabatur
scientia; nam scientia necessario praecedit artem;
non vo dabatur ars. Inde autem ad usum regularum pro
cesserunt, audentes nimirum, illas cogitationes vocare rec
tas, quae ipsis viderentur juxta regulas facta: irreptas vo,
quae regulis illis disonuent, seu quadrate non forent.

In hoc aliquali
ter, se fuisse rationales, demonstrarunt: aliqualiter erro
ri ansam praebuerunt; namusque adeo regularum termin
os posuerunt limitatos, ut multoties artefactum quodnam ap
areat, nullis datis regulis, equum, et justum. Attamen illud
obtinuerunt regulis, ut quodcumque opus illis conforma
retur omnino, optime quoque rationi consonarent. Ad
hunc modum arte invente sunt, progressusque fecerunt, efa
ciunt de die in diem, vel possunt facere, scientiis im
perio dominatrices rationis deservientibus, et quasi in
fra artes positis, quandoque artes infra scientias. Abso
lute autem loquendo neque propter scientias sunt artes,
atenta exigentia utriusque virtutis intelectualis, neque

scientia propter artes. Hinc j circuitu omnes havitus intelectuales, ut virtus illorum punita fortior sit. Hinc Loga quatenus scientia j veritate sistit, nec curat de arte; quatenus ars sistit j opere, nec curat de scientia. Intelectus curat de omnibus, dum et contemplatur rectitudinem operationum, mentis ut eam faciat, et facit ut contempletur. Intelectus ordinat cuncta: quod quidem havitus ipsi minime ex se faciunt; imo nec facilitant ad hoc. Ex quibus omnibus aparet, Logam de se non scire, ut operetur, neque operari ut sciat: neque artem Logm de se ordinari ad scientiam Logm, nec scientiam Logm ad artem Logm; sed omnes hujusmodi ordines quasi contingenter advenire Logice ab intelectu.

Ex dictis tm sic @ 2 conclusionem argues 1: havitus simpliciter practicus ē, qui ultimo j opere sistit; non sed Loga nec ut pure ars sistit j opere: ḡ neque ut ars ē simpliciter practica. Maj ut certa supponitur. Chi P: facultas, cujus actus per ipsam j ordine ad objecti cognitionem diriguntur, non sistit j opere; sed actus Logicae ut artis ab ipsa j ordine ad objecti cognitionem diriguntur: ḡ. Utraque premissa indiget probationem. Pr ergo major: facultas cujus actus ab ipsa diriguntur per ordinem ad cognitionem, habet pro fine aliquid, quod ē intra genus speculationis; sed talis facultas nequit j opere ultimo sistere: ḡ chi ex eo patet, quod opus ut tale ē extra genus speculationem. P maj: facultas cujus actus, ab ipsa per ordinem ad directionem diri

guntur habet termino ipsam cognitionem; at cogni
tio ē intra genus speculationis, cū cognitio nihil
aliud sit quam objecti contemplatio: ḡ — Probatur
jam minor principalis secundi sillogismi: actus lo
gice ut artis ab ea diriguntur cū ordine ad intele
ctus operationem; sed intelectus operatio ē cognitio,
ut de se patet: ḡ. Maj autem ex eo clara videtur, quod
Logicæ finis tam artis, quam scientiæ, ē dirigere
tres mentes operationes, quæ citra dubiū sunt cog
nitiones.

Conf 1: si ex quo Loga sub ratione artis in
telectū dirigat ad artificiosam artefacti construc
tionem, probaretur ēē practicam, etiam Arithmeti
ca, Geometria, atque aliæ species Mathematicæ simp
liciter practicæ forent; sed hoc non ē dicendū; cū hujus
modi scientiæ inter speculativas communiter adcri
bantur: ḡ non probatur — Secundo: juxta D. Thom
am 2.2.q. 47. a. 2. ad 3 datur aliqua ars, quæ sit spe
culativa; sed omnis ars respicit objectū operabile ut ope-
rabile: ḡ propter hanc rationem Loga ut ars non exa
it rationem speculative, nec induit rationem prac
tice — Deniq: etiam Methaphisica, et quelibet alia sci
entia proprios elicit actus ex directione Logicæ: ḡ si
actus directio passiva sufficit ad rationem practicæ, om
nes actus Methaphisicæ, et aliarū scientiarū erunt pr
acxes; consequenterque omnes scientiæ erunt practi
ce simpliciter.

Ad argumentum concessa majori, nego mi: ad hujus probationem dist. maj: facultas cujus actus &c in ordine ad cognitionem formaliter acceptam concedo maj; materialiter acceptam, nego maj et sic distincta minori nego consequentiam. Ad majoris probationem dist. maj: facultas cujus actus ab ipsa dirigitur in ordine ad cognitionem formaliter acceptam; concedo maj; materialiter acceptam, subdistinguo: habet pro fine aliquod materialiter intra genus speculationis, concedo maj; formaliter nego maj; et aplicata distinctioni minori negabis consequentiam. Ad ultimam probationem dist etiam maj: habet pro fine cognitione, vel materialiter, vel formaliter acceptam, concedo maj; formaliter precise nego maj: et dist mi: cognitio ē formaliter, vel materialiter intra genus speculationis, concedo mi; formaliter precise subdist; cognitio formalis concedo mi; materialis nego mi, et consequentiam. Ad minoris principalis probationem dist maj; actus Logice ut artis &c ad operationem ut pura cognitio ē nego maj: ut induit rationem operis artificiose concedo maj: et dist mi: intellectus operantis ē cognitio, vel materialiter, vel formaliter, concedo mi; formaliter precise subdist: prout dirigitur ab arte, nego mi; prout inspicitur ab scientia, concedo mi, et nego consequentiam. Inplicitamque majoris probationem distingue: ē dirigere 3 mentis operationes, l. j operando, l. j cognoscendo concede; j cognoscendo precise, subdistingue: finis Logice ut scientiae, concede; ut artis nega.

Tota argumenti solutio doctrinae, notabilibus apposita recapitulationem facientes plenius vobis innotescet. Ex ibi dictis constat, havitus simpliciter speculativus veritatem respicere ut sciatur, practicus vo ut fiat, et exequtioni mandetur. Enimvero cum ipsa veritas cognitio sit quodam intelectuale opus, rursusque opus quodlibet sit etiam quedam veritas, oportet, pre oculis semper habere, non dici practicus quidquid quomodocumque opus, aut operationem elicit; sed quod dirigit ad opus, illudque per regulas ordinat, tandemque, illo tamquam ultimo fine intrinseco sistit. Neque speculativus dicitur quidquid quomodocumque veritatem cognoscit; sed quod unice cognoscere intendit, non vo ulterius aliquid facere; nec dirigit; ut faciat, sed ut sciat.

Qua propter licet opus ex directione logicae artis elicitus sit aliqua veritas cognitio, qua tm ab arte attinguitur sub ratione operabilis; hincè, quod cognitio, prout sic attinguitur, unice materialiter et inceè rei erit speculatio, non vero formaliter et inceè objecti. Et quidem si omnes actus intellectus è formaliter speculatio, etiam judicium practicum erit speculatio: item omnis actus prudentiae, atque imperium intellectuale fac hoc speculatio dicenda forent, quod adversarii non-

concedunt. Logica quatenus ars respicit modum scien
di sub ratione operabilis, et artificiosi conformiter
ad propria regulas constructum; quatenus scientia vero
in ipsius modi sciendi contemplatione sistit, quin ult
ra progrediatur. Unde neque praxis de se ordinatur
ad speculationem, neque speculatio ad opus. Ad 1
confirmationem dist maj etiam Geometria, et aliae
practice forent sub ratione artis, concedo maj, sub ratio
ne scientiae nego maj; hacque distinctione minori aplica
ta, atque antecedenti probativo, utraque negatur con
sequentia. Solutio patet ex dictis argumento precedenti
circa Medicinam, et Ethicam, atque etiam ex more re
llatis; quare ea repetere non possunt hinc.

Ad 2 confirma
tionem explico D. Thomam aliqua datur speculativa ars
sub munere scientiae, concedo maj; sub munere artis sub
distinguo: ex fine ipsius intrinseco, nego maj; extrin
seco, concedo maj: et concessa minori, nego consequentiam.
In aligato quod testimonio non sumit Doctor Angelicus
rationem speculativi in sensu extrinseco, et formali, sed
specificative, et in ellata acceptione, vel quatenus idem met
realiter habitus simpliciter practicus sub munere artis, ha
bet etiam rationem speculativi sub munere scientiae, ut
evenit in artibus liberalibus, qualis est Logica: vel secundum
quod non precise attenditur intrinseca ratio artis, sed simul
finis artificii, qui quidem extrinsecus est artis. Atque in

hoc ultimo sensu artem domi factivam, quae citra dubium simpliciter practica dicitur atento ipsius fine intrinseco, et primario, speculativam tm denominat, Ang Magister q. 14 a. 16 j corpore ubi ait: quod si
„quis edificato consideret, qualiter possit fieri aliqua
„domus non ordinans ad finem operationis, sed ad
„cognoscendum tantum, erit quantum ad finem speculativa.
Ubi expresse aparet, S Doctorem, ut asserit Caytanus ibi, loqui de fine extrinseco domifactoriae, scilicet edificantis, non vo de fine intrinseco, qui juxta ipsos ē domus facienda.

Ad ultimam confirmationem concesso antecedenti dist. consequens: erunt practices respectu logice dirigentis concedo consequentia; respectu methaphisice, nego consequentiam et assumptum replice. Actus methaphisice, sicut et alliarum scientiarum, dupliciter considerari valent, vel prout a logica conformiter ad proprias regulas directi, vel prout a particularibus scientiis ad objectum speculandum eliciti. sub 1 considerationem habent rationem praxis; sub 2 vo speculationis objecti, j quo nulla adest oppositio. Et insta argumentum @ thomistas, j voluntate, quae operatur ex directione prudentiae, quin ex hoc inferatur, voluntatem ēē practicam, quamvis citra dubium ejus actus possint ēē practicis.

Argues ultimo (a) eandem conclusionem: facultas, quae nititur principiis speculativis, est simpliciter speculativa; sed Logica tam sub ratione scientiae, quam sub ratione artis principiis nititur speculativis: ergo sub utroque munere est simpliciter speculativa, et nullatenus practica. Major est certa; omnis enim habitus ex principiis dumtaxat speculativis procedens, unice intellectum speculativum percipit, hinc autem solum ab habitu speculativo percipi valet. Probatur minor; principia quibus Logica, sive scientia, sive ars procedit, sunt haec, dici de omni dici de nullo, quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; sed huiusmodi principia sunt simpliciter speculativa: ergo. Probatur minor: principia quibus scientiae speculative utuntur, simpliciter speculativa sunt; sed his principiis scientiae speculative utuntur, ut videre est in Methaphisica: ergo. Resp. concessa majori, negando minorem; ad probationem concessa etiam majori, dist. minorem, huiusmodi principia sunt simpliciter speculativa prout assumuntur a Logica sub ratione artis, nego minorem, sub munere scientiae, concedo minorem, et nego consequentiam. Ad ultimam probationem dic, huiusmodi principiis necdum scientiam uti, verum etiam artem.

Licet ergo relata principia, quibus Logica nititur, ex se simpliciter practica non sint, sed potius in differentia, ut modo practica, modo speculativa redantur, prout habitibus, vel practicis vel speculativis inserviunt; ut tamen a Logica sub artis ratione sumatur, simpliciter practica reduntur, quatenus ex his artefacta quedam construi valent. Siquidem hoc principium dici de omni &c quatenus arti Logicae

deservit, hunc exhibet sensum: ut fiat syllogismus, vel conclusione affirmativa assumendus est pro medio terminus superior, et consequens ad subjectum conclusionis probande, inferior vero, et antecedens predicatum; ut si quis hominem viventem esse, probare tentet, assumit pro medio terminum animal atque in hunc modum syllogismum exsequitur, omne animal est vivens; omnis homo est animal; ergo omnis homo est vivens, cujus artefactum rectum absque dubio existit juxta prefatam regulam elicitum.

Similiter principium hocce: quae sunt eadem uni tertio &c, idem est prout arti logice inservit, ac dicere, quod ut syllogismus recte fiat, aliquo termino medio constare debet, cum quo extrema et intificentur in premissis, ut postea in conclusione identificari valeant inter se. Quapropter hec principia in summulis assignatur ab omnibus tamquam primae artis silogisticae regulae. Cum autem hujusmodi principia sic intellecta, sicut et alia proximiora, ut quod definitio genere, et differentia constare debet, quod in syllogismo tres tantum adsint termini, et alia his similia, a Logica arte unice assumatur in ordine ad syllogismi constructionem, sub hac consideratione simpliciter practica dicuntur. Nec quod his principiis etiam scientiae utantur ad proprii objecti speculationem quidquam in contrarium evincit; cum enim communissima, et universalissima sint, tam scientiis, quam artibus inservire possunt; quia vero ratio speculativi practici potissimum a fine desumitur, respectu scientiae, cujus finis est speculatio, simpliciter speculativa reduntur; respectu autem artis, cujus finis est operatio, simpliciter practica.

Argues tandem (a) 3 conclusionem: Logica est simpliciter speculativa: nequit ergo esse simpliciter practica. Probatur consequentia: practicum, et speculativum sunt differentiae essentialiter oposite; sed Logica habere nequit differentia essentialiter opositas: ergo si Logica est simpliciter speculativa, nequit esse simpliciter practica: ergo Logica adhuc dicens rationes ambas artis, et scientiae nequit esse simpliciter practica, speculativaque simpliciter, sed unum, aut alterum importabit determinate. Probatur maj: differentiae diversum objectum formale respicientes, sunt essentialiter inter se oposite; at practicum, et speculativum diversum objectum formale respiciunt, ut ex dictis patet: ergo. Hoc argumentum probare intendit, Logicam practicam, et Logicam speculativam, sicut etiam Logicam scientiam, et Logicam artem, sub quibus terminis jam animi apositum manet, ubi scilicet Logicam simpliciter artem esse propugnavimus, esse reipsa distincta Logicis, vel saltem a nobis tamquam distincta concipi. Nectum est inconveniens. Quare si forma potestis argumento occurrere distinguendo primum consequens: non est practica eadem specie, et re Logica concedo consequentiam: eadem genere, et nomine nego consequentiam; quae solutio aplicanda erit sequentibus probationibus. Vel ita: nequit esse simpliciter practica, eadem intentionaliter, nego consequentiam; similiterque sequentes probationes erunt exponende. Haec ultima solutio conformis est doctrinae traditae ultimo arg. questionis nuper citatae. Quapropter ne frustra immoramur, vel dicta repetamus ibi erit videnda.

Quæstio V.

Vtrum Logica sit necesaria ad allias scientias acquirendas? Notabilia, et sentiæ

§. 1.us

Cum intervaria Logicæ encomia etiam jamdiu scientiarum titulo decoraretur jure merito ab autoribus de ipsius necesitate ad allias scientias comparandas, j presentiagitur. sed vo dubitandi rão de Logã naturali minime procedit; hæc enim dubio procul necesaria omnino ẽ allia scientia; sed de acquisita artificiali. Vtriusque definitionem jam animi accepistis. Verum ante dubij resolutionem premittere oportet, dupliciter aliquid dici posse necesarium ad aliquem finem asequendum; simpliciter nimirum, vel secundum quid. Quot autem modis accipiatur simpliciter ex dissertatiuncula doctrinali initio Logicæ controverse aposita satis constat. Illud q̃ dicitur simpliciter necesarium ad aliquem finem, sine quo absolute (saltem naturæ viribus) impossibilis est finis asequtio. v.g. indigentia cibi, atque respiratio ad vitam. Necesarium secundum quid, seu ad facilius, et comodius ẽ, sine quo absolute finis asequi valet, non tamen sine labore, et dificultate, v.g. aliquam navis ad transeundum considerabile mari spatium: natatu namque vel allio forsan modo hoc facivile foret, sed dificulter admodum.

Insuper scientia quevis in duplici statu considerari valet; perfecto scilicet, et imperfecto. Ut est, cum omnes aut fere omnes conclusiones ex his, quae aliqua scientia jam habet demonstratas de proprio objecto, per demonstrationem cognoscuntur. Quo est, cum aliqua numero pauca sciuntur conclusiones. Denique scientia sive in statu perfecto, sive imperfecto considerata, potest etiam haberi perfecte, vel imperfecte accidentaliter; quia licet quis unius, vel plurium conclusionum habeat cognitionem, eam tamen cum majori, vel minori perfectione, sive claritate poterit habere. tum habetur scientia accidentaliter imperfecte, quando certa, et evidens cognitio conclusionis datur per principia intrinseca: tum vero accidentaliter perfecte possidetur, quando ultra hoc datur etiam conclusionis cognitio per principia extrinseca, sive per regulas artificiose demonstrandi.

Quod quidem aliis terminis ab aliis exprimitur: demonstrationem scilicet scientificam dupliciter considerari posse, vel quoad substantiam, quatenus necessariam connexionem conclusionis cum principiis importat, ex quibus inefabiliter sequitur: vel quantum ad modum, et formam artificiosam, prout expressam, atque signatam conformitatem cum regulis artificiose demonstrandi exprimit. His premissis, tres circa dubium resolutionem versantur sententiae, quarum 1 asserit, logam simpliciter necessariam esse ad quamlibet scientiam sive in statu perfecto, sive imperfecto, sive perfecte, sive imperfecte comparandam, modo veram habeat rationem scientiae. 2 asserit, necessariam tantum esse ad alias scientias in

statu perfecto. 3 denique propugnat, Logam solum esse secundum quid necessariam ad alias scientias acquirendas tam in statu perfecto, quam in perfecto, atenta perfectione substantiali. Unaquaque harum insignes habet patronos, quos longum esse recensere. Sit vero pro nostra detegenda mente.

Assertio S.us 2.us

Omnes scientiae sive in statu imperfecto, sive in perfecto possunt perfecte substantialiter acquiri sine Logica artificiali; non autem perfecte accidentaliter. triplicem partem continet assertio, quarum 4 P. 4 ex Philosopho 9 Metha
,, phisicorum Lectione 7 sic ajente: adiscens artem potest ope-
,, rari effectum artis sine arte. Quae verba sic Angelicus Ma-
,, gister exponit: sed in ipsa ratione naturaliter praeipsunt quae
,, dam semina, et principia scientiarum, et virtutum virtute quo
,, rum potest homo aliqualiter exire in scientiae, et virtutis actum,
,, antequam habeat habitum scientiae, et virtutis. Ubi expresse asse-
rit Sanctus Doctor intellectum solo naturali lumine, atque propria virtute actum scientificum elicere potest: ergo independenter a Logica artificiali; cum sit habitus naturali lumine revera superaditus: ergo Logica non est necessaria simpliciter ad actum scientificum: ergo neque ad alias scientias in statu imperfecto. Insuper: effectus artis juxta Philo, potest absolute produci sine arte; sed actus formaliter scientificus solum esset effectus Logice ut artis, sive habitus directivi: ergo absque illa poterit absolute produci actus scientificus.

Ex his eruitur rão ejusdem partis probative: actus formaliter demonstrativus, ē formaliter scientificus; atqui intellectus naturali lumine absq Loga artificiali elicere potest actū formaliter demonstrativū j materia Philosophiæ Vg: q̄ et actū scientificū. Atque adeo Philosophiæ habitus poterit j statu saltem perfecto acquiri sine Loga artificiali. Hæc ultima consequentia ex notabilibus patet. P min: cognitio certa, et evidens veritatis premissarū, et bonitatis consequentiæ ē actus formaliter demonstrativus; sed intellectus naturali lumine absque Loga artificiali cognitionem hanc elicere valet j materia Philosophiæ: q̄. Mi quoad 1 partem ē manifesta; cū enim premissarū veritas ad intellectū principiorū ~~[illegible]~~ immediate pertinet, lumine naturali cognoscitur, maxime, si premisse sint aliqua principia per se nota, ut ad facilimam demonstrationem supponimus. P q̄ mi quoad 2 partem: cognitio certa, et evidens illationis sclusionis ex premissis ē cognitio certa, et evidens bonitatis consequentiæ; sed intellectus naturali lumine absque Loga artificiali habere potest cognitionem certam et evidentem illationis conclusionis ex premissis: ergo.

Probatur mi illatio sclusionis ex premissis sita ē formaliter j eo quod quæ sunt eadem unitertio, sunt idem inter se; sed hoc certo, et evidenter cognoscit intellectus naturali lumine, atque sine artificialis Logicæ adjutorio: cū sit principiū per se notū: q̄ = Explicatur: his duabus premissis apositis: omne totū ē majus sua parte, sed Mundus ē totum, intellectus nequit non illarū conexionem cū hujus veritate cognoscere, Mundus ē major qualibet parte; hoc ipso bonitatē consequentiæ j simili argumentatione evidenter cognoscit: ergo. P maj duabus prefatis apositis premissis, intellectus nequit non evi-

denter cognoscere, li Mundum, et majus sua parte identifica
ri cy quodam tertio, ut per se patet; consequenterque ne
quit non cognoscere identificari etiam inter se; sed in hoc
sita ē formalis rāo conexionis cy conclusione: ergo.

Urgetur: Logā acquisita inque scholis edocta non ē nece
saria ad acquisitionem, aut inventionem ipsius Logice:
ḡ ad aliquam scientiam acquirendam non ē necesaria lo
gā: ḡ ad nullam. P hanc consequentiam, nq cetera pate
nt: si Loga acquisita non ē necesaria ad aliquam scien-
tiam, potest quis scire, et certus ēē de aliquo, quin reflecte
sciat, se scire, vel quin atendat ad regulas sciendi potest ali
quam demonstrare rem; sed non major difficultas reperitur
i omnibus, quam i singulis aut saltem nulla inposibi
litas reperitur i hoc; cy omnis scientifica cognitio ejusdem
sit rationis inesse inferentis, et illati: ḡ Loga non ē necessa
ria simpliciter ad quamlibet scientiam, neque ad omnes si
non ē ad aliquam. Nunc vero l urgentia ans sic P: cogni
tio scientifica per quam Loga artificialis acquiritur, Logam
ipsam precedit veluti ipsius causa productiva: ḡ Loga acquisi
ta non ē necesaria ad hujusmodi cognitionem: ḡ neque ad
acquisitionem logicae.

Rationi nostrae communiter occurrunt adversarij dicen
tes, quod quamvis intellectus naturali lumine certy aliquem
discursy elicere possit, non tm formaliter scientificy; ad hu
nc enim requiritur, juxta ipsos, signata, atque reflexa cog-

nitio rectitudinis illationis per comparationem ad regulas demonstrandi; quod quidem absq artificiali logica fieri nequit. Quare cum tantum ille vere scire dicatur, qui scit se scire, quodque solum per attentionem ad regulas habetur; concludunt, demonstrationem sine logice artificialis adjutorio factam unice materialiter esse scientificam, non vero formaliter, et quoadmodum, et formam artificiosam. Hac est medula adversariorum solutionis, quorum reflexa cognitio, quae ad rationem actus formaliter scientifici gratis adstruitur, sic efficaciter impugnatur: vel hac reflexa cognitio necessaria, juxta adversarios, ad cognitionem formaliter scientificam est formaliter scientia; vel non? si primum; ergo ad illam cognitionem reflexam alia reflexa cognitio prosequitur, et ad hanc aliam; cum nulla detur cognitio formaliter scientifica, juxta ipsos, sine connexione reflexa; et sic ponendus erit processus in infinitum. Si secundum, ergo cognitio directa nequit reddi formaliter scientificam per cognitionem reflexam, ut ex se patet; atque adeo cognitio reflexa non erit simpliciter necessaria.

Probatur jam secunda conclusionis pars: logica artificialis non est simpliciter necessaria ad alias scientias, in statu perfecto: ergo neque ad ipsas in statu perfecto substantialiter comparandas. Antecedens constat ex dictis. Consequentia probatur: virtus intellectualis ad unam, vel alteram demonstrationem sufficiens, ad omnes, vel fere omnes sufficit: ergo logica non censetur necessaria simpliciter ad alias scientias in statu imperfecto, neque ad alias in statu substantialiter perfecta. Consequentia legitime deducitur; scientia enim in statu perfecto a se ipsa prout in statu imperfecto solum differt, quatenus plurium conclusionum superadit cognitionem. Antecedens probatur:

virtus ad unam demonstrationem sufficiens, per ipsius acquisitionem non impeditur, nec retardatur, quin potius magis expeditur ad alterius comparationem, atque ista acquisita, ad alliam, et alliam, tandemque ad omnes: ergo.

Denique suadetur 3 conclusionis pars: scientia j statu accidentaliter perfecto necdum certam, et evidentem cognitionem conclusionum per principia intrinseca importat, verum etiam per extrinseca, atque cum conotatione ad regulas artificiose demonstrandi; sed ad hoc ē simpliciter necessaria Logica artificialis: ergo Logica artificialis ē simpliciter necessaria ad acquirendas scientias j statu accidentaliter perfecto consideratas. — Explicatur: ad precisionem accidentalem scientiae praeexiguitur signata cognitio demonstrationis, recteque, et artificiosi dispositionis, qua fieri debet atque haec nequit haberi sine Logica artificiali, cum sola haec regulas praestet artificiose demonstrandi: ergo.

Solvuntur Argumenta

5.us 3.us

Argues 1.: ad habendam scientiam sive j statu perfecto, sive imperfecto necessarius omnino ē assensus scientificus, certus, et evidens per demonstrationem acquisitus; sed itidem ad similem assensum absolute, et simpliciter necessaria ē Logica artificialis: ergo haec simpliciter necessaria ē ad quamlibet scientiam j quolibet statu acqui

rendam. Major clara ē, quoniam scientia quevis ē ha
vitus p demonstrationem acquisitus. P mi: absq certa,
et evidenti bonitatis consequentiæ cognitionem dari nequit
assensus scientificus, certus, et evidens conclusionis; sed
Logā artificialis absolute, et simpliciter necessaria ē ad evi
dentem bonitatis consequentiæ cognitionem: ḡ. Maj concedi
tur: si enim bonitatis consequentiæ evidens cognitio deficiat
dabilis erit formido, quin ejus assensu, quæ cum ratione sci
entiæ pugnat. P mi: ad evidentem bonitatis consequentiæ co
gnitionem simpliciter necessaria ē cognitio evidens pri
ncipiorum demonstrandi; sed ad horum evidentem cognitio
nem simpliciter necessaria Logā artificialis: ḡ. Maj constat;
siquidem principiorum demonstrandi ignarus ignorat pari
ter premissas, j modo, et figura ēē recte dispositas, j cuius
dispositione formaliter sita ē consequentiæ bonitas.

Probatur mi: ad evidentem principiorum demonstrandi
cognitionem non sufficit luminis naturalis acumen: ḡ
necessaria ē Logā artificialis. Infertur consequentia; siqui
dem sola Logā, vel naturalis, vel artificialis hujusmodi
principia valet penetrare. Suadetur ant: principia prioris
tica demonstrationis sunt artificiosa; sed quod ē arti
ficiosum naturali lumine cognosci non valet, cum sit extra
hujus spheram: ḡ. Confirmatur, et explicatur: requit
sieri demonstratio, quin sciatur qualiter sit facienda; sed
hoc nequit sciri sine Logā artificiali: ḡ sine Logā nequit
dari demonstratio. Maj patet; namq demonstrationem
construit, quin sciat qualiter facienda sit, j quo consistat,
materialiter tantum demonstrationem construere; sicuti
qui verum dicere, quin, se verum dicere, cognosceret, aut j quo

consistat, materialiter tantum dicere verum. P. mi; demonstratio est compositum artificiale; sed nequit sciri, qualiter hoc faciendum sine Logica: ergo. P. mi: sciri nequit, qualiter construendum artificiale compositum, nisi per directionem artis; sed hoc dari non potest sine Logica cujus proprium munus est intellectus operationes dirigere: ergo. Maj. constat: quia artificiale compositum essentialiter dependet ab arte: minor jam patet, et consequentia infertur.

Hoc est principium argumentum, quod multis reflexionibus, et confirmationibus munitum, et implexum nobis objiciunt adversarii. Ad ipsum ergo j forma concessa majori nego mi: ad cujus probationem dist. maj: absque certa, et evidenti bonitatis consequentiae cognitione, directa, vel reflexa, signata, aut exercita, concedo maj; reflexa precise, vel signata nego maj: et dist. mi: Logica artificialis est simpliciter necessaria ad bonitatis consequentiae cognitionem signatam, vel reflexam concedo mi; directam, et exercitam, nego mi, et consequentiam. Ad ulteriorem probationem dist. maj: ad evidentem bonitatis consequentiae cognitionem necessaria est evidens cognitio, quae intrinseca talia sunt, concedo maj quae extrinsece sunt talia subdist: ad evidentem bonitatis extrinsece consequentiae cognitionem concedo maj; bonitatis intrinsece nego maj: et dist. mi; ad principia extrinseca demonstrati cognoscenda necessaria Logica artificialis, concedo mi; ad principia intrinseca, nego mi, et consequentiam. Ad alliam probationem distingue ant. similiter, et nega consequentiam. Ad ultimam probationem dist. maj: principia extrinseca demonstrandi sunt artificiosa concedo maj; principia intrinseca, nego maj, et consequentiam.

Vgitur pro solutionis intelligentia sciendum oportet, consequentiam duplici bonitate gaudere, quarum altera intrinseca est, et essentialis, in eo sita est, quod conclusio inefabiliter ex premissis sequatur, ex quo revera taliter sunt disposita, ut res aliter se habere non possit. Alia vero bonitas accidentalis, et extrinseca resplendens in conformitate in actu 2 cum regulis artificiose demonstrandi. Igitur tam hac duplex bonitas consequentiae, quam connexio conclusionis illatae cum premissis ut inferentibus, dupliciter ab intellectu cognosci valet: signate scilicet, et reflexe, vel directe, aut exercite. Cognoscitur signate, quando praesciuntur regulae logicales modum demonstrationis praescriventes, quae regulae sunt veluti quaedam extrinseca demonstrandi principia, quia per ipsas redditur ratio, cur demonstratio recta evadat. Exercite vero, et directe bonitas consequentiae dignoscitur, cum intellectus in demonstrandi exercitio connexionem premissarum cum conclusione evidenter cognoscit, quae sunt intrinseca conclusionis principia.

Clarius: duplex datur scientifica cognitio; altera directa, altera reflexa, et datur siquidem cognitio, qua certus sim de objecto; et datur alia cognitio, qua certus sim de cognitione ea. Et quae directa dicitur, requiritur, et sufficit ad quamlibet scientiam, quae ut talis, non requiritur nisi forma adhaesione rei scite. 2, sive reflexa, non requiritur ad quamlibet scientiam, usque dum daretur processus implicatorius in infinitum, sicuti inter impugnandam adversariorum solutionem dicebamus. Sinamque ut sciam aliquid opus est, ut sciam me scire: etiam adhuc opus erit, ut sciam me scire, per alteram reflexionem securum fieri de reflexione ea;

per tertiam de secunda; per quartam de tertia, atque ita si ne fine procedere. Sane reflexio quevis, quae ut talis dicitur erga rem, directa cognitio cognitionis ē: cur ergo directa cognitio cognitionis scientifica erit; et non erit directa cognitio rei?

Ex his patet jam solutio. Fatemur enim ad assensum formaliter scientificum, non sufficere qualemcunque premissarum, et conclusionis cognitionem, sed premissarum ut inferentium, et conclusionis ut illate ēē necessarium: scire ut communiter dicitur, non sufficit cognoscere, consequens ēē verum; sed etiam consequentiam ēē bonam: atque adeo simpliciter requiritur cognitio conexionis conclusionis cum premissis, quae ē ratio vi cujus intellectus scientifice assentitur conclusioni ut ex premissis illate. Sed totum hoc intellectus percipere valet sine Logica artificiali; licet haec necessaria sit ad signatam, sive reflexam cognitionem de eo, quod omnis demonstratio generat scientiam, modo quo ponitur, et explicatur ab adversariis; non vero ad cognitionem exercitam, et directam, quam intellectus solo naturali lumine habere potest de eo, quod premisse hinc, et nunc sint essentialiter conexe cum conclusione, quam ita inferunt, ut aliter ēē non possit. Ad quod rursus necessaria non ē previa regularum cognitio, nec attentio ad regulas artificiose demonstrandi; quia licet bonitas consequentiae quasi extrinsece reguletur per principia logicalia, intrinsece tm̄ sita ē in necessitate, qua infaliviliter conclusio sequitur ex premissis rationem autem hujus necessitatis intellectus nequit non conclusioni assentiri. Unde absque aliquo alio premisse ipsae sunt principia intrinseca, quibus intellectus nititur, ipsas evidenter cognoscens, ut causam indefectibilem conclusionis.

Ex his etiam ad confirmationem dist maj: quin sciatur signate, vel exercite qualiter facienda sit demonstratio, concedo maj; signate precise, nego maj, et aplicata distinctioni minori, nego consequentiam. Ad ulteriorem probationem dist maj: demonstratio est compositum artificiale aptitudinaliter et j actu 1, concedo maj; terminative, et j actu 2; subdist: est compositum artificiale ex se, et essentialiter, nego maj; accidentaliter concedo maj; et dist mi: compositum artificiale j actu 2 non potest scire qualiter faciendum sine logica, concedo mi; compositum artificiale aptitudinaliter et j actu 1, nego mi; et dist maj probativam: sciri nequit qualiter construendum sit compositum artificiale essentialiter, et j actu 2 tale nisi per directionem artis, concedo maj; accidentaliter tale, subdist; quando est artificiale j actu 2 concedo maj; j actu 1 precise, nego maj; et concessa minori, nego consequ.

Illud dicitur artificiale aptitudinaliter, et j actu 1, quod ita dispositum est, ut quantum est ex se capax sit fieri ex directione regularum artis, de facto tamen cum attentione ad illas constructum non est; non quia ejusdem prorsus rectitudinis revera non evadat, ac evaderet, si cum hujusmodi attentione fieret; sed quia operans regulas non habet pro norma ad talis operis constructionem dirigente. Artificiale vero terminative, et j actu 2 illud dicitur, quod ex previa regularum cognitione ita fit, ut de facto actionem ipsius terminet artis. Igitur compositum artificiale, quod tale est j actu 2, essentialiter dependet ab arte, ejusque directionem, et regulas presuponit, tamquam exemplar, ad cujus conformitatem est constructum: et hujusmodi artefactum nequit fieri sine arte. Compositum vero artificiale, quod solum est tale j actu 1, capax scilicet, ut terminare possit actionem artis, sola naturali lumine intellectus virtute valet

fieri sine arte: quia licet hæc naturæ opera efficere non valet, bene vo e contra natura artis opera efficere potest, quæ semper ꝑ natura fundatur.

Demonstratio ergo quevis formaliter scientifica, non ē tm ex se, et essentialiter artificiosa ꝑ actu 2, sed solꝫ accidentaliter; quando scilicet ex prævia regularꝫ atentione constructa fuit; quando vo absque hujusmodi atentione conficitur, solꝫ ē artificiosa ꝑ actu 8, quatenus sic evadit, ac si cꝫ atentione ad regulas facta fuisset. Quare intellectus absq̄ Logā virtute propria et demonstrationem construere potest formaliter scientificam, et qualiter conficienda, cognoscere, non quidem signate per cognitionem antevertentem, et terminatam ad regulas demonstrandi; sed exercite per ipsammet demonstrationem, quam actualiter construit, cujus necessariam conexionem, ꝛclusionis cꝫ premissis solo naturali lumine evidenter cognoscit.

Nativitas Dm. Nri Jesu Christi

Primo anno usq̄ ad Ex.ᵃ

Ad quorꝫ intelligentiam habetis exemplꝫ ꝑ cantu. Nā potest quis optime calere, quin facultatem cantus, nec regulas aliquando didicerit, vel atenderit. Idem accidit in Rethorica teste Augustino, libro 2 doctrinæ christi

ane, et ꝯ ambulando, libro 3 ejusdem operis. Imo vere
,, Doctor ipse loquatur: bis ullos ulatorꝫ ēē existimo, qui
,, utrumq; possint, et benedicere, et illa dicendi precepta
,, cogitare, cꝫ dicunt. Cavendꝫ ē enim, ne fugiant exani
,, ma, quæ dicenda sunt, dꝫ atenditur, ut arte dicantur::
,, et tm̄ ꝯ dictionibꝫ, atque sermonibꝫ eloquentium
,, impleta reperimꝫ precepta eloquentiæ, de quibꝫ ille,
,, ut eloquerentur, vel cꝫ loquerentur non cogitaverunt
,, sive illa didicissent, sive ne atigissent quidem: imp
,, lent, quia eloquentes sunt, non aut adhivent, ut sint
,, eloquentes. Usque Augustinus, cujus verba nostrꝫ
probant assertionem mutato dumtaxat verbo eloque
ntia ꝯ aliud scientia, vel demonstratio, cujus regu
las implent ingeniosi, non cogitantes dum implent,
sive eas olim didicerint, sive ne atigerint quidem.

Replicabꝫ: demonstratio formaliter scientifica
debet generare assensꝫ firmꝫ; sed assensus firmus ne-
quit ēē sine cognitione signata bonitatis consequen-
tiæ per comparationem ad regulas: ḡ ruit solutio. P
mi: qui signate nesciat bonitatē consegentiæ, et reg-
ulas demonstrandi, rectꝫ sillogismꝫ a falaci discerne-
re nequibit; hoc ipsꝫ non habet assensꝫ firmꝫ, cꝫ po-
ssit facile dimoveri per sillogismꝫ aparenter verum: ḡ
Secundo: nequit demonstrationem formaliter scienti-
ficam construere, qui ꝯclusionem usque ad prima prin
cipia resolvere nesciat; sed hoc fieri non possit absque
Logā, quæ unica modꝫ resolutionis docet ꝯ libris prio-
rꝫ, et posteriorꝫ: ḡ = Præterea: demonstratio ex sect

essentialiter ē compositū artificiale: q̄ nequit esse sine Lo-
ga. P. ans: demonstratio essentialiter importat dis-
positionem modo, et figura perfecta; hoc ipso ē essen-
tialiter artificiosa: q̄ — Ad 1 ergo dicimus, quod licet
intellectus absque Loga non cognoscat signate, reflexe,
et j communi naturā demonstrationis, nec syllogismi fala-
cis; cognoscit tm̄ directe, et exercite, syllogismū hunc j par-
ticulari evidenter concludere, atque conclusionem necessa-
rio inferri, quod ē exercite discernere demonstrationē
inter, et paralogismū, quoque sat ē ad firmū et scienti-
ficū assensū. Unde qui semel conclusioni assentit j demons-
trationi evidenti, non facile ad assensū dimovebitur.

Ad 2 dist maj: qui nescit, conclusionem resolvere us-
que ad prima principia intrinseca concedo maj; extrinseca,
nego maj; et dist mi: resolvere usque ad principia extrin-
seca nequit fieri absque Loga, permitto mi: usque ad 1
principia intrinseca, nego mi, et consequentiam. Principia
intrinseca demonstrationis sunt illa, ex quibus inme-
diate, et infaliviliter sequitur conclusio, quae peculiarissima
sunt illis scientiae, in cujus materia exercetur demonstra-
tio, atq; ad haec potens ē intellectus absque Loga artificiali
demonstrationem resolvere, cū j propria naturali virtute pre-
contineatur, ut vidimus ex D. Thoma inter probandam asse-
rtionem. Principia vo extrinseca, sunt ipsa praecepta Logicalia,
quae si communissima sint, ut dici de omni &c, quae sunt
eadem uni tertio &c, etiam naturali virtute atingunt.
Alia vo peculiaria, ut syllogismus tribus terminis

constare debet, etsi intellectus absque Logicae auxilio attingere non possit, cum omnino extrinseca, et accidentalia sint, ad demonstrationem formaliter scientificam absolute non requiruntur; sed ad summum intellectivam dirigunt pam, ut pronte, et faciliter operetur. Nec opus est, semel constructa demonstratione, cuius medium essentialiter cum conclusione conectitur, illam ad alia resolvere principia: ad assensum enim formaliter scientificum sufficit cognoscere conclusionem, ut deductam ex principio, cum quo essentialiter conectitur.

Ad tertium nego ans; ejusque probationem dist: essentialiter importat dispositionem, modo, et figura perfecta, vel signate ex previa regularum cognitione, vel exercite per naturale lumen intellectus, concedo maj; signate precise ex previa regularum cognitione, nego mi, et consequentiam. Omnis igitur demonstratio, si recta sit, ad aliquem modum, et figuram, ex quibus, Logica perscribuntur, reduci debet: quia vo ab ignaro Logicae ex previa ad regulas attentione non fuit constructa demonstratio, non est artificiosa exercite, et denominative ab arte, sed solum quasi in esse rei, sive, actu, quatenus nempe formam habet, seu rectam dispositionem ejusdem rationis, atque speciei, ac alia forma ab arte producta.

Arg 2. ex Augustino libro 2 de ordine capite 13 ubi sit de Logica loquitur: hac docet docere, docet discere, et sola ipsa scientes facere potest. Cui consonat Angelicus Magister pluribus locis, precipue 1 posteriorum capite 1, ubi ait expresse. Logicam esse necessariam, ut intellectus

ordinate, et sine errore procedat; sed recte, et sine erro
re procedere ē simpliciter necessarium ad scientias acqui
rendas: ḡ et Logica. — Sed his facile respondetur, ad
primum solam Logam scienter facere potest quoad modum accid-
entalem scientiae, non vo quoad substantiam, vel solam Logam
scienter facere posset pronte, et expedite; non autem absolute,
quia hoc habet intellectus ex propria virtute. — Ad 2 dic,
D. Thomam loqui de necessitate secundum quid, non de necessi-
tate simpliciter.

Argues @ 2 assertionis partem: nequit acquirere
scientiam in statu perfecto, qui se habere scientiam, ref
lexe non cognoscit; sed ad hoc simpliciter necessaria ē
Logica artificialis: ḡ hac simpliciter necessaria ē ad qu
amlibet scientiam in statu perfecto habendam. Minor ina
gavilis apparet; ad cujusmodi enim cognitionem requiri
tur signata, seu reflexa noticia rectitudinis illationis per
comparationem ad regulas, quae absque Logica haberi non
potest. Pro maj: nequit habere scientiam in statu perfecto,
qui eam a falaciis, et oppositis objectionibus defendere non
potest; at ad hoc impotens ē, qui se habere scientia, reflexe
non cognoscit: ḡ. — Dist maj: nequit habere scientia
in statu perfecto accidentali, concedo maj; substantiali nego maj:
et dist similiter hujus maj probativam: non potest habere
scientiam in statu perfecto accidentali, qui eam a falaciis &c,
concedo maj; in statu perfecto substantiali, subdist: qui eam a fa-
laciis defendere absolute non potest, concedo maj; qui eam a fa-

laciis defendere absolute non potest, concedo maj; qui eam defendere non potest pronte, et expedite, potest tm̄ licet difficulter, nego maj; et sic distincta minori, nego consequentiam.

Itaque duplex ē perfectio scientiæ, etiam complete, et quo ad omnes conclusiones consideratæ: alia sita, omnium conclusionum, et veritatum de objecto demonstrabilium assensu, ex evidentibus principiis deducto. Alia vo quin legitime illationis juxta regulas demonstrandi reflexa noticia. 1 perfectio intrinseca ē, et essentialis scientiæ, ut pote, qua scientia ipsa consistit; optimeque haberi potest sine cognitione illa reflexa, ut sæpius dictum ē. 2 vo perfectio ē extrinseca, et accidentalis; præterea que scientia, suo ēē perfecto substantiali suponens. Unde licet ad scientiam sub 1 consideratione Logica maxime conducat, atque intellectum ad falacias, et objectiones expugnandas potissimum juvet, non tm̄ ē simpliciter necessaria; cum hoc ipsum possit intellectus propria virtute, licet majori cum difficultate.

Argues 4: licet intellectus sine Logica conclusiones aliquas, in materia cujuscunque scientiæ scientifice cognoscere possit, non tm̄ omnes; sed hoc requiritur ad quamlibet scientiam, in statu perfecto comparandam: ergo. P maj: in materia cujuscunque scientiæ quam plures occurrunt difficiles conclusiones, quæ non ita immediate apparent ac primæ, et facilime; sed illas non potest intellectus scientifice absque Logica cognoscere, sto jam aliqua comparaverit: ergo. Confirmatur a paritate: sto hoc naturæ viribus po-

sit unus, vel alliud opus bonum elicere, non tm omnia sine speciali gratia: sicut etiam sto hoo absque specialem gratiam unam, vel alteram tentationem evincat non sequitur, quod sine speciali gratia superet omnes: ergo cum simili licet intellectus &c. Nego maj; et dist mi probationis: non potest intelectus ita pronte, et faciliter cognoscere, permitto mi; non potest absolute, nego mi, et consequam.

Igitur intelectus ad unam demonstrationem potens, et ad omnes, in materia ejusdem scientiae potest, licet forte majori aliqua cum difficultate, quae novam poam non exiguit, sed suponit. Quapropter argumentum necessitatem secundum quid ad sumum probat, quam ultro fatemur; non necessitatem simpliciter, de qua quaestio. Ad confirmationem concesso antecedenti nego consequentiam. Homo namque opera omnia moralia, licet colective, Phisice efficere potest; non tm potest moraliter propter ingentem difficultatem, quae in continua operationum rectitudine invenitur; in multis enim delinquimus omnes. sicut etiam victoria omnium tentationum superat vim, et virtutem generalis auxilii, seu gratiae; atque adeo specialem gratiam pro omnibus superandis requirunt Theologi; virtus vo naturalis intelectus, seu rationis lumen ad omnes, vel fere omnes cujuslibet scientiae conclusionis extenditur.

Unde Doctor Angelicus 1 parte q. 117. a. 1 ait: inest unicuique hominum quodnam principium scientiae, scilicet lumen intelectus, per quod cognoscuntur statim a principio autem

„aliquis cujusmodi universalia principia aplicat ad aliqua
„particularia, quorum memoriam, et expedimentum per sen-
„sum afficit, per inventionem propriam acquiri scientiam
„eorum, quae nesciebat, ex notis ad ignota procedens. Quibus
verbis omnium scientiarum inventione aprobat D. Thomas
ex principiis, j lumine naturali intellectus contentis. Vo-
luntas vo propter pasionem efrenent revelionem
magnam ad quodcumque bonum dificultatem experi-
tur; cum intellectus ex actu repetitione majorem j dies
facilitatem ad alios actus acquirat.

Arguies tandem (a) 3 conclusionem partem: Logica
non e simpliciter necesaria ad acquirendas scientias
j statu perfecto substantiali: ergo ad ipsas j statu per-
fecto accidentali. P consequentia: si Logica esset simpli-
citer necesaria ad acquirendas scientias j statu perfecto acci-
dentali, esset simpliciter necessaria ad minorem dificulta-
tem evincendam, non vo ad majorem; hoc e absurdum: ergo
P maj minor dificultas e j perfectione accidentali scien-
tiae vincenda, quam j perfectione substantiali; cum haec for-
malis sit, illa vo materialis: ergo. Resp: perfectionem acci-
dentalem scientiae sitam ee in signata, atque reflexa bo-
nitatis consequentiae cognitione, cum previa regularum demons-
trandi, et falacias dissolvendi notitia; quod quidem specia-
lem afert dificultatem, ad cujus victoriam habitus logicae
necesario requiritur. Unde facta reduplicatione perfectionis ac-
cidentalis, Logica artificialis e simpliciter necesaria; non quia
haec directe, et per se ad dificultatem scientiae particularis
vincendam requiritur; sed ad vincendam in materia propria
logicae, et ad cognitionem illam signatam, in qua sita est
perfectio accidentalis.

Pariſicatur hæc ſolutio in omni habitu naturali. Licet enim Philoſophiæ habitus v.g. ſimpliciter neceſarius ad philoſophandum non ſit, cum hoc poſſit intelectus per propriam virtutem; ad philoſophandum tamen facilicet et pronte neceſario requiritur habitus Philoſophiæ; quia facilitas, quæ reduplicatur, haberi non poteſt abſque habitu. Similiter etiam in accidenti, et modo cujuslibet rei illius facta reduplicatione. Itaque perfectio illa, licet ſit accidentalis ſcientiæ ſpecialem tamen claudit dificultatem, quæ ſuperari non poteſt abſque Logica. Quare in forma nego 8 conſequentiam, omnesque ejus probationes: et ultimam implicitam ſic diſt: illa est materialis, reſpectu perfectionis intrinſecæ concedo; perfectionis extriſecæ, nego probationem, et conſequentiam.

Quæſtio VI

Qualiter Logica concurrat ad actus alliarum ſcientiarum an efective; an tantum directive?

§.us 1.us

Cum in precedentibus ſtabilitum fuerit, Logicam ſimpliciter neceſariam non esse ad allias ſcientias comparandas, nec ad earum actus formaliter ſcientificos, preſens dubium non abſolute, ſed ex ſupoſitione concurſus Logicæ proponitur. Pro cujus intelligentia notandum est 1: in actibus ſcientiarum, et reperiri ſubſtantiam, ſive entitatem actus, et modum, ſive formam artificioſam. 2 notandum; dupliciter, pro-

ut ad presens attinet, principium aliquod cum allio concurrere posse ad producendum effectum; vel effective, ita ut simul concurrat efficiendo; vel directive tradendo scilicet regulas, ad quarum exemplar exemplum producatur. Igitur ut certa a incertis separemus, suponimus circa dubium. Logicam nullo ex his duobus modis ad entitatem, sive substantiam actuum alliarum scientiarum concurrere; cum hæc tamquam ab unica causa a particularibus scientiis producatur: unde de artificio in ipsis actibus reperto qualitercumque ad eorum entitatem distinguatur, dubium scitatur. Quibus suppositis, sit.

Assertio nia.

1.us ≈ ≈ 2.us Inutil

Logica artificialis unice directive concurrit ad actus alliarum scientiarum. P. conclusio ratione: scientia quævis ex sola directione logicæ actus formaliter artificiosos elicere potest: ergo. Infertur consequentia; frustra enim fiunt per plura quæ possunt fieri per pauciora. Suadetur ans; scientia quævis ex sola directione logicæ actus regulis conformes elicere potest; sed in hac conformitate situm est eorum artificium formale: ergo. Minor patet. Actus enim sunt formaliter artificiosi per hoc, quod evadant regulis conformes: ergo ex sola directione logicæ &c. Ans ex eo constat, quod scientia quelibet, ex quo talis sit, proprios actus quoad substantiam elicere potest. Consequentia P.: elicere actus regu-

lis conformes sulus addit supra substantiam conotationem ad illas, ut ex se patet; sed ad hoc sufficit directio Logicae regulas, et precepta tradentis, uti etiam constat: ergo. Confirmatur: qui producit substantiam rei, et ipsius modus, seu formam producere debet; qui enim dat formam, dat consequentia ad formam; sed alliae scientiae, et non Logica, ipsarum actuum producunt substantiam, ut omnes fatentur: ergo et ipsorum modum, seu formam.

Solvuntur Argumenta.

5.us ~~~ 3.us

Arguitur 1 ratione: artificium actuum alliarum scientiarum est formaliter Logicum; sed artificium formaliter Logicum debet fieri a Logica, seu ab ipsa effective produci: ergo. Probatur minor: artificium formaliter Logicum est extra spheram alliarum scientiarum, atque intra Logicae spheram: ergo. Antecedens patet; nullam siquidem scientiam praeter Logicam artificium formaliter Logicum ut pote ejus peculiare objectum. Ad argumentum concessa majori, nego minorem. Ad probationem dist. antecedens: est extra spheram objectivam alliarum scientiarum concedo antecedens; effectivam nego antecedens, et consequentiam, atque implicitam probationem sub eadem distinctione. Ad hoc enim ut alliae scientiae praeter Logicam suarum actuum artificiosam dispositionem efficiant, opus

non ē, ut hæc artificiosa dispositio, veluti proprium objec-
tum, respiciatur ab illis: sed sat ē, quod ipsam exequi va-
leant; cum attentione tm̄ ad regulas Logicæ. Igitur licet
regulas atque precepta tradere ad artefacta, quacum-
que materia scientiarum construenda, solius Logicæ sit
proprium, ipsa vero artefacta effective construere ad par-
ticulares scientias attinet ex subordinatione ad Logicam,
ipsiusque directione. Cujus rāo ē, quia licet particula-
res scientiæ precisive a Logicæ subordinatione ejusque
directione, non sint proportionatæ cum effectu, ut forma-
liter artificioso; ex vi tm̄ directionis, et subordinatio-
nis Logicæ sufficienter proportionantur; sicut poæ ex-
teriores ex sola artis directione, et connotatione ad re-
gulas sufficienter proportionantur ad artefactum con-
struendum.

Sed dices: forma artificiosa demonstrationis
Phisicæ v.g. non continetur intra hujus activitatem,
seu virtutem effectivam: ergo ruit solutio. Pāns: si conti-
neretur intra activitatem Phisicæ, hæc posset illa ex
propriis principiis deducere absque Logicæ interventio-
ne; sed hoc ē falsum: ergo. Nego āns, et maj. probativam,
quia aliud ē, quod artificium Logicum reperiatur, materia
propria Phisicæ, atque in ipsius effectiva virtute præ-
contentum. Ad 1 sufficit, quod Phisica ad directionem
Logicæ possit attendere, et per conformitatem ad ejus re-
gulas, et principia demonstrationem formaliter arti-
ficiosam eformare. Ad 2 autem requiritur, quod Phi-
sicæ principia artificium præseferant, et taxent ad illud
dirigendo. 1 verum ē propter dicta: falsum 2; ni dice-
re velis, quod Phisica habet pro objecto artificium Logicum

et quod possit illius passiones, et proprietates demonstrare quod; nullus dicit. Itaque Phisica demonstratio, prout artificiosa provenit a Logica, effective vo a Phisica: deduciturque ex utriusque principiis; ex Phisica jesse actus: ex Logica inesse artificiosa.

Replicabis: principium effectivum artificii ē ars; sed alliæ scientiæ non sunt artes: ergo sola Logica ē principium effectivum artificii actus alliarum scientiarum = 2: artificium actus Philosophiæ ē objectum Logicæ; sed habitus practicus, qualis ē Logica, debet efficere suum objectum, cum ipsum inesse operabile respiciat: ergo artificium actus Philosophiæ provenit effective a Logica = 3: artificium actus Philosophiæ ē ejusdem rationis, et speciei cum artificio actus Logicæ; utrumque enim ē Logicæ principiis conforme; sed artificium ejusdem rationis ab eodem principio provenire necesse ē: ergo idem quod prius = Ad 1 resp. principium effectivum artificii artem ēe quando illud inesse objecti respicit; alliæ autem scientiæ sub conceptu formali artes non sunt, quia unice inesse effectus artificium respiciunt; Logica vo artificium respicit inesse objecti, atque adeo rationem artis participat. Ratio siquidem artis, sicut scientiæ, non ab effectu, sed ab objecto desumitur: ideoque dicitur, architectum vo arte pollere, per hoc precise, quod artificium dirigat; similiter Logica practica dicitur, quia objectum respicit ut operabile ab ipsa, si sit in propria materia; vel allia si sit in extranea. Et per hoc patet ad 2.

Ad 3 dic: quod ut artificium utrumlibet ejusdem sit rationis sufficit, quod utrumlibet regulis Logicæ conformetur; no vo requiritur, quod a Logica producatur: hoc namque unice artificium in propria materia efficit, quia tunc in proprium

tendit objectum; in materia vero aliena ab alliis effici debet scientia, tum ob eamdem rationem, tum etiam quia scientia quevis artificium proprium exiguit efficere, ut scientifice procedat. Restat ergo, quod Logica demonstrationes in propria materia dirigat, et efficiat; dum vero regulas, atque normam tradit, ut alliae scientiae suas veritates demonstrent per propria Logicae principia, solum dirigit, qua sola doctrina pertinet a Logica, ut ait D. Thomas. Attamen si Logica necdum regulas, sed aliquod principium conferat alliis scientiis ad probabiliter concludendum, tunc ex mente D. Thomae etiam effective concurrit; et per hoc tacitam replicam solvis. Similiter cum idem Angelicus Doctor scientiam artificis effective ad artefacta concurrere, asserit, sicut scientia Dei est causa effectiva rerum, solum docet, quod Logica, atque quelibet ars est causa effectiva actuum in propria materia: cujus sensus est, quod sicut artes proprios efficit actus, ita scientia Dei ob ejus infinitudinem, et perfectionem est causa omnium rerum, ut pote ars divina.

Pro alliarum objectionum solutione nota, quod Logica ad alliarum scientiarum actus indirecte, et mediate facilitat, quatenus impedimenta removet, ut alliarum scientiarum virtus effectiva artificio se demonstret; sicut sol ut homo videat, impedimenta removet; similiter per hujusmodi actus alliarum scientiarum aliquando augetur. Logica non quidem subjective, sed objective; quatenus objectum sunt doctrinae Logicae, qua repetita, habitum Logicum augeri, necesse est. Ex hoc autem unice sequitur, quod Logica directive in praedictos influat actus directive, effective vero in propria, quibus subjective augetur, et ad quos immediate facilitat, ut pote in proprium tendens objectum. Nec ex hoc inferas, quod alliae scientiae sunt Logica utens, quia solum verificatur, quod sint utens Logica in ablativo casu, seu quod idem est, regulis Logicae utuntur.

Tractatus 2 de objecto Logicæ. Premittitur quedam circa objecta scientiarum noticia, objectique multiplex divisio; paragrafus unicus.

Objecta scientiarum ea apellantur, quæ per illarum actus attinguntur: quivis siquidem actus ut tendentiaque dq aprehenditur erga rem aliquam, i qua sistat, et altra quam non progrediatur; vel tamq via, cujus progressioni aliquid obiat: id a quo talis objectio, vel occursus venit, dicitur objectum similis tendentiæ, vel actus. Igitur cujusvis facultatis, sive potentiæ objectum illud ē, quod ipsi attingendum proponitur: sic potentia visiva objectum ē quidquid videtur; potentia auditiva quidquid auditur. Et sic de aliis. Dividitur itaque primum objectum i materiale, et formale; materiale ē illud, quod non ratione sui, sed ratione alterius a potentia attingitur, l scientia. Objectum vo formale illud ē, quod per se et ratione sui ē attinguibile ab habitu, vel potentia. sic pomum vg. ē objectum materiale visus, holfatus, gustus &c, quia ab omnibus ē attingibile; sed a visu ratione coloris, ab holfatu ratione odoris, ab gustu ratione saporis, quæ proinde rationes sunt orum sensuum objecta formalia. Objectum formale alliud dicitur objectum formale quod, seu ratio formalis quæ; alliud formale quæ, seu ratio formalis sub qua. Objectum formale quo, seu ratio formalis sub qua ē illa communis ratio vi cujus particularia objecta attingibilia redduntur a potentia.

Sic calor in comuni ē rāo sub qua corpora videntur. objectū formale quod, seu rāo formalis quæ ē objectum exprese a tactū, quod participat rationem commune sub qua: sic viridis, vel quilibet particularis color ē objectū formale quod visus. objectū formale quo solet et jam forma alicujus concreti apellari, atque concretū ex subjecto, et forma objectum formale qod: sic albedo objectū formale quo artis dealbandi albū vo, seu paries, ut albedo, objectū formale qod apellatur. Atque hic loquendi modus satis familiaris ē in scholis. Rāo sub qua dicitur objectū formale adequatum, quia comprehendit omne id, ad quod se extendit facultas. Rāo quæ objectū formale inadequatū apellatur, quia non continet omnia, circa quem versatur poā. sic albedo ē objectū partiale ē et inadequatū visus; color vo objectū adequatū: omnes j colores species, et differentias, ad quas se extendit poā visiva, sub se continet.

Inter objecta autem partialia alicujus scientiæ aliquod invenitur, a quo præ cæteris rāo formalis perfectio, et novilius participatur, quodque objectū attributionis, sive principalitatis dicitur. Sic Deus ē objectū attributionis Methaphisicæ, quia rāo entis, a qua illa specificatur, perfectissimo modo j ipso reperitur. Objectū formale adequatū dicitur etiam objectū specificativū scientiæ, vel poā, cujus ē objectū, quia ab ea sumit speciem, vel perfectionem, seu ē talis poā ab alliis distincta; non ex quo objectū constituat intrinsice scientiam, vel poam; sed quod objectū ē quodnam signū, per quod j cognitionem perfectionis sive speciei scientiæ devenimus, atque unam ab allia secernimus; quare objectū specificativū dicitur extrinsecū. Sic poā a colore, auditus a sono extrinsece specificatur, qua licet nec color, nec sonus has poās intrinsece constituat, ratione

eorum tamen illas ad invicem distinguimus, eo quod nec prima circa sonum, nec secunda circa colorem versatur.

Constat autem, actum intellectus formam artificiosam respectu sui ipsius ēē non posse, sed respectu objecti, quod redit, atque denominat artificiose cognitum, propter rationes supra allegatas. Quare logā p se l actum intellectus n̄ intendit, prout ipse ē aliquis precisive ab ordine ad objectum, sed unice secundum quod ordinem ad aliud importat tanquam ipsius forma. Hac de causa forma specificativa logā, seu artificium modi sciendi reperitur ut quo, in modo sciendi formali; terminative vo formaliter et ut quod in objectivo. Sic actiones manuales vg non sunt objectum artis domificandi, nec in ipsis artificium formaliter, et intrinsece reperitur, quamvis sint causa efectiva artefacti, seu efectus formalis artificiosi; sed in lapidibus, et lignis, quae formaliter artificiosa ut quod denominantur, cum artificium domus intrinsece recipiant, ac proinde illius artis objectum formale evadunt; quin obstet alarum plequium, ad cujus veritatem sat ē, quod efectiva habitui formaliter artificiosi prehabeat in se quodammodo perfectionem, quam efectui communicat; quin opus sit, ut illam eodem modo contineat: ut patet in actionibus artis, atque etiam in denominationibus extrinsecis. vg artificium logicum in actibus intellectus causaliter et ut quo; in objecto vo formaliter et ut quod. Per quod patet ad l confirmationem.

Ad 2. concessa majori dist mi: logā l et p se intendit actus intellectus ut artificiosos ut quo concedo mi; ut quod nego mi: et sic distinctis minoribus probationum, et majori ultimi syllogismi, dist mi: vitatur omnis error recta repraesentatione, prout recta repraesentatio ē, vel prout se habet ut quo, et in ordine ad objecta, concedo mi; prout se habet ut quod, et praecisive ab ordine ad objecta, in sensu adversariorum, nego mi, et consequentiam. Igitur logā

actus intellectus considerat, ut cognoscitivi sunt alicu-
jus objecti, in cuius recta repraesentatione procul ha-
bet omnis error; hic autem error per actus intellectus
vitatur, ut veri sunt; sed veritatem habent dum objec-
tis conformantur; atque adeo hujusmodi veritatem et
coactationem actuum cum objectis Logica per se et intendit ad
errorem stirpandum. Si nanque actus intellectus in
se ipsis absque ordine ad objecta considerentur, seu
absque eo quod per ipsos objecta cognoscantur, tam
quam vanum, imo impossibile, mentis exercitium reputa-
ri deberet; sicuti supervacanea erit visio, quae objectum
aliquod non attingat. Igitur fateri oporteret, Logicam
per se et actus intellectus intendere, prout se habent ad ob-
jecta.

Ad 3 denique concessa majori dist mi: actus inte-
llectus prout habent ad objecta, concedo mi; praecisive ab
ordine ad objecta, nego mi et consequentiam; quae distin-
tio sequentibus probationibus erit aplicanda. Actus in-
tellectus sunt definitio &c, sunt signa objectorum forma-
lia, manifestant rei essentiam prout se habent ad
objecta. Neque mi per actus intellectus aliquid menti ino-
tescit, dum in se ipsis inspiciuntur praecisive ab hujusmodi or-
dine, sive tendentia in objectum, quod per ipsos manifesta-
tur. Sane Sesuitae definitionem formalem, demons-
trationem formalem actus intellectus definientes, et
demonstrantes apellant, quatenus in se ipsis recti sunt,
seu regulis logicae conformes praecisive ab eo, quod per illam
rei essentiam, sive proprietates inotescat: at vero cum hujus-
modi actus, ut supra ajebamus, essentialiter sine ex-
plicationes essentiae, vel proprietatum objecti non ipsorum,
nunc jure, an injuria ita nuncupent, nullus est qui non

videat = sed non melliori via quam incedunt Thomistæ, dum actus intellectus in sensu Jesuitico acceptos, definitionis formalis & nomine donant; cum alliunde prædictus actus definitionem vialem, causalem, et definitivam esse, asserant; non aliter ac si dicerent actiones artificis esse artificium formale, imaginem Cæsaris Cæsarem formalem.

Arguer 3: illud est artefactum per se & intentum ab arte, quo existente, ars contenta foret, etiamsi per impossibile deficerent; sed data artificiosa cognitione, ars Logica contenta foret etiamsi per impossibile non resultaret, in objectum denominatio recte, et artificiose cognite: ergo. Pro mi: tum casus adhuc Logica, ad quem inventa est, ut in ipso actu rationis intellectus ordinate, et sine errore procedat, sed etiam si non resultaret in objecto illa passiva denominatio recte cogniti, intellectus in ipso actu rationis ordinate, et sine errore procedere: ergo. Confirmatur: Logica est quedam ars activa, ut jam vidistis; sed ars activa non intendit aliquod opus, propter ipsas operationes agentis; nam ut ait Philosophus Libro 1 magnorum moralium capite ultimo, in eis quæ sub actione cadunt, propter actionem nullus est alius finis, ut propter citarem modulationem finis non est alius, sed idem est finis, exercitium, et actio: ergo.

Ad argumentum concessa majori nego mi: ad probationem nego ans, et hujus mi probatur. Fateor m, artem Logicam ad hoc esse inventam, ut intellectus in ipso actu rationis ordinate, et sine errore procedat; verum tamen quomodo fieri potest, ut in actu rationis ordinate intellectus procedat, si per illum nullum innotescat objectum, nulla proprietas, essa nulla? certe si visione nihil videretur, frustranea esset visio, imo visio non foret, sed visionis defectus. Actus intellectus sic rectus evadit, atque ordine in ipso proceditur, cum ita conformatur objecto, ut de illo cognoscat. et affirmet, quod est, neget, quod non est, in cujus conformitate,

et obtatione sita ē actuū rectitudo; et prout sic denominat objectū recte cognitū. Et en secretū, quo pcise dato, ars contenta foret = Ad confirmationem concessa majori dist mi: propter operationes agentis ut coactatas objecti, concedo mi, pcisiva ab hujusmodi coactatione nego mi. Philosophus namq artis active a factiva differentiā assignat per hoc, quod ex actione, vel actibus ñ resultat forma aliqua durans, et ī objecto perseverans, quae sit ab actione distincta; sed ipsa actio ē veluti forma artefacti, pro indeque artis finis. e contra vo factiva ars forma quedā artificiosa ab actione distincta pollet, ut ī arte edificandi videre licet, quo exemplo et ipse utitur Philosophus: ita etiā citharedus ñ intendit quasi finē ipsā actionē abstractā a cythare pulsatione, seu modulatione.

Argues 4: modus sciendi secundū quod ē objectū logicae intellectū dirigit, ut rē artificiose cognoscat; at modus sciendi objectivus ad hujusmodi cognitionē nequit intellectū dirigere: ḡ. P mi: modus sciendi objectivus prior ē res artificiose cognita; sed res artificiose cognita nequit intellectū diriguere, ut rem artificiose cognoscat: ḡ P mi: quod suponit intellectū artificiose cognoscentē, nequit illū dirigere ad hujusmodi cognitionē, sed res artificiose cognita suponit intellectū artificiose cognoscentē: ḡ. Maj patet, et mi P: prius ē intellectū artificiose cognoscere, qā objectū ēē recte cognitū: ḡ. Suadetur ant: hoc secretū objectū artificiose cognitū ē quasi effectus intellectus cognoscentis; sed quivis effectus ppriā suponit causā ḡ. Confirmatur: artificiū objectivū solū potest dirigere ut jā cognitū; sed put sic nequit intellectū dirigere ~~secundū quod~~, cū jam illū suponat cognoscentē: ḡ = Ad argumentū concessa majori, nego mi: ad ejus pbationem dist mi

res artificiosse cognita nequit intellectum dirigere secundum quod dicit de materiali et pro substracto, concedo mi; secundum quod dicit pro formali nego mi, et consequentiam. Ad sequentem probationem dist mi: res artificiose cognita exercite, et quoad essentiam, suponit intellectum artificiose cognoscentem concedo mi: cognita objective, signate, et quoad essentiam, nego mi et consequentiam. Ad probationem dist maj: artificiose cognita exercite concedo maj; cognita signate precise, nego maj; et concessa minori negatur consequentia.

Itaque res artificiosse cognita concretum quod nam est ex re quae cognoscitur, tanquam ex materia, quae per se ipsam intellectum non dirigit, et ex cognitione tanquam ex forma resultans, per quam intellectus dirigitur: sicut in hoc concreto paries visus paries est substractum quod videtur, visio autem prout ex parte parietis, seu ad parietem terminatur, et forma talis concreti, sive id ratione cujus paries constituitur, et est formaliter visus. Sic ergo logica formam artificiosam tendit, seu rectam cognitionem in concreto modo, quo significatur per hoc concretum recte cognitum, non autem per hoc recta cognitio. Nec urget quod modus sciendi objectivus sit, quasi effectus modi sciendi formalis in aliquo sensu: sicut enim objectum quodlibet ab habitu vel potentia a tactu suponit actum attingentem, quin obstet quominus actus ipse ab objecto tanquam ab ejus specificativo proveniat; actus siquidem ab objecto accipit speciem, ut fatentur omnes, pariter licet res artificiosse disposita intellectum artificiosse cognoscentem suponat, ab ipsoque prout sic in esse effectus proveniat; potest nihilominus in esse objecti sufficenter precedere, ut intellectum ad artificiosse cognoscendum dirigat.

Pro quo sciendum oportet, concretum hoc res artificiosse disposita dupliciter considerari possit, objective nimirum, signate, et quoad essentiam; vel subjective exercite, et quoad existentiam. Tum res est artificiosse objective, signate, et quoad essentiam disposita, cum mente modus ipsius idealiter figuratur. Prius enim est, quod intellectus intendat, et speculative meditetur formam artificiosam objecti, quam illam per actos artifi-

ciosos eformet; sic artifex ut domum construat prius mente contemplatur, atque idealiter praecognoscit formam domus faciendae, ad cujus ideam tanquam ad objectum, et fine dirigitur, ut domum exercite operetur. Sic etiam Dialecticus arte constructionem syllogismi v.g. in mente habet ideam syllogismi faciendi, seu ibi praecedit syllogismus ideatus (praecognitus quidem speculativi et in communi, quo sensu non fit; omnis enim res fit in particulari, et per actionem practicam), per quam ideam rectificatur intellectus, ut in constructionem exercitam exeat syllogismus. Quare syllogismus, seu res in modum syllogismi dispositae objecte, et signate praecedunt ipsam rectam cognitionem, qua hic, et nunc peragitur. Syllogismus etiam si syllogismus ipse jam constructus, et existens (quo sensu dicitur subjective factus, exercite, et quod essentiam) non praecedet actus intellectus, quo fit. Hinc prius est quod intellectus de regulis syllogismi in communi instruatur, ut illius perfectam ideam eformet, quam aliquod particularem syllogismum efficiat. En ergo quomodo res artificiosse disposita in esse objecti, et in intentione actus intellectus artificiosos praecedit, illosque in esse effectus, et in executione subsequitur.

Quare ad confirmationem in forma dist. maj: artificium objectivum solum potest dirigere, ut jam cognitum signate, et objective concedo maj; exercite nego maj; et dist. mi: ut jam cognitum signate non potest dirigere, nego mi; ut jam cognitum subjective, et exercite, concedo mi, et nego consequentiam. Solutio patet ex dictis. — Ex hucusque relatis habetis primo, quod modus sciendi objectivus nihil aliud est, quam res artificiosse dispositae in formam syllogismi definitionis &c: forma vero ipsos ita disponens est cognitio ipsa, aqua per extrinsecam denominationem habent

ēē prædicati, subjecti, medii extremitatis majoris, et minoris, in quibus denominationibus sita ē forma syllogismi. Habetis 2: cognitionem ēē formā in instrumentorum sciendi prout se tenet ex parte objecti, quod est unica materia ab artificio logico denominabilis: ipsa enim cognitio ex parte sui nequit denominari utquod artificiosa, seu in se forma artificiosa recipere. At denique: quo se suitarum intentio ad hoc tendit, ut stabiliant artificiosam cognitionem utquod per artificium ipsa receptum: nos vero assignamus cognitioni artificium, non sibi, sed objecto communicandum.

Quæstio IIII

An forma modi sciendi objectivi sit ens rationis; an vero cognitio objectum intrinsece denominans? Prælibantur aliqua, et rreferuntur sententiæ S.us V.us

Plenos vigiliarum labores in hoc resolvendo dubio congesserunt Philosophi, ut umbratilis entis rationis entitas qualem qualem licet accipere. Nos vero qui inutilia, quantum valemus, resecare desideramus, pauca quidem paucissima de ente rationis dicemus, et admirabimur rem taciti considerantis longum dicere quorum dum usque quaque illudens futile, et usque adeo extellentium, ut non dubitaverint aliqui, inter constitutiva Sacramentorum reponere. alii vero usque adeo deprimentium; ut inter con-

titutiva feuriy. Attendite: quidquid ē inter scholasticos vocatur ens. Quidquid ē vere, et realiter independenter ab intellectu, vocatur ens reale. Quidquid ē per rationē vocatur ens rationis. Triplex autem ē ens rationis subjectivy nempe, denominativy, et pure objectivy. Ens rationis subjectivy illud ē, quod etsi alliunde sit ens reale rationi tn̄ subjectatur, et ab ea elicitur. Cujusmodi sunt actus intellectus, et habitus intellectuales. Denominativy ē, quod vere per rationem denominatur, qualiter sunt cognita quecunque. Pure objectivy ē cujus ēē consistit, j pure objici intellectui, quin alliunde sit aut ēē possit; quare sic communiter definitur; quod tantu habet ēē objective, j intellectu concipiente, quod non ē neque ēē potest, perinde ac si esset.

Ens rationis pure objectivy aliud dicitur sine fundamento, j re, et rationis ratiocinate, ut mons aureus, et hicocervus &c. Aliud vero dicitur cy fundamento, j re, seu rationis ratiocinate, fitque ab intellectu, fundamento a rebus desumpto, uti ex distinctione operationy sentiendi, et ratiocinandi concipiat animal a rationali intrinsece distinty. Hoc ē ens rationis, usque adeo decantaty. Cognoscis nihily ipsy? q̄ facis ens rationis, quia nihily objicitur intellectui, et alliunde ēē nequit. His q̄ pmissis, circa dubii resolutionem omnes incurtanter asserunt, subjecty, prædicaty, genus, speciem, extremitatem, majorem, et mi, mediy, et alia quevis artefacta logicalia, recta quedā ēē accidentaliter, ut pote ex forma, quæ rei accidentaliter congruit, constituta. Per rem autem vg ex se n̄ habet rationē subjecti, aut prædicati, sed hujusmodi denominationes ipsi ab intellectu tribuuntur, quatenus illy pro subjecto, et prædicato ponere valet. Quare tota dubitandi rāo sita est,

assignanda nãa forma sillogismi artificiosse modi scien-
di objectivi, quæ pro objecto formali logicæ statuimus.

Thomistæ asserunt, pdictæ formæ ee rationis pure
objectivæ, rebus ipsis intrinsecæ, et ab intellectu efficien-
ter producto, n̄ aliter ac forma domus, et quevis alia
artificialis, ē intrinseca domui, vel artefacto; quare ex cre-
ta logā intrinseca appellant. Sequitur vo, et primi alii
hujusmodi mentis figmentis, et sceptris indignis logicæ
consideratione reputant, et tanq̄ supervacaneis respu-
nt a constitutione modi sciendi; sed hunc, ajunt, ex re
ipsa cognita, et cognitione rei coalescere; et quia cog-
nitio ē extrinseca objecto, ideo concreta hæc intrinseca
dictitant. Insuper asserunt, qod etiamsi ex actu intelle-
ctus hujusmodi figmenta forsan resultarent, a logā
contepni, solis realitate objecti semper intenta. Ipse eti-
am plures ex scotistis, sequuntur. Quid vo nos, præ-
senti sentiamus, juxta dicta sequens declarabit.

Assertio
Sus. 2us.

Formo modi sciendi objectivi non ē ens rationis fictus, sed
cognitio extrinsece denominans objectus cognitus. Pconclusio
" autoritate D. Thomæ opusculo 56 ajentis, quod cognitio facit,
" universale ee j actu universali; et ē quodnq formale j univer-
" sali: ḡ juxta Angelicus Magistrus forma universalis non ens ratio-
nis fictus, sed ipsa cognitio; at universale ē unus ex modis sci-
endi objectivis, ut nemo negabit: ḡ. Deinde Pconclusio

ratione: forma modi sciendi objectivi ē, qua res constituuntur recte definite, divise &c. sed secluso ente rationis, p solam cognitionem constituuntur recte, et formaliter definite: ḡ non illud sed hoc ē forma modi sciendi objectivi. P. mi: actus iste sive cognitio aāl rationale, ente rationis secluso, hominē formaliter definitū denominat: ḡ. P. ans: ente rationis secluso, actus ille denominat hominē formaliter definitū p prædicata primaria, et essentialia; at hominē ēē formaliter definitū, ē ēē formaliter cognitū p prædica primaria, et essentialia: ḡ. Mi patet ex terminis; quia tū hōō ē formaliter explicatus p prædicata essentialia, atque adeo definitus; cū definitio sit explicatio rei per essentiam. P. maj: cognitio vera denominat objectū vere, et formaliter cognitū: ḡ cognitio hominis p prædicata primaria, et essentialia denominat hominē vere, et formaliter cognitū p prædica primaria, et essentialia. Ans. ꝛceditur ab adversariis, si aliquos p vetustos excipias Thomistas, omnes denominationes extrinsecas entis rationis, forma investientes.

Probatur ꝛsequentia: quod conquiat cognitioni communi, convenit etiā quolibet cognitione particulari qualiter accidit in quacunque ratione communi respectu particularis sub ipsa contente: ḡ si cognitioni vere convenit denominare objectū vere cognitū, cognitioni hominis p prædicata primaria ꝛvenire, necesse ē, hominē denominare taliter cognitū, scilicet p prædicata primaria, et essentialia. Sic alvedo vg subjectū denominat necdū ut color, sed etiā ut talis color, nempe ut alvedo. Sic etiā actus intellectus penes varias sui differentias objectū denominat creditū, scitū, opinatū, aprehensū, judicatū. Præterea: juxta Thomistas sicut actibus ut talibus essentialiter competit atingere objecta, ita ipsis ut artificiosis essentialiter convenit atingere objecta artificiose: ḡ pariter si cognitio vera denominat objectū vere cognitū, cognitio hominis p prædicata primaria ipsū denominat vere, et formaliter cognitū p talia prædicata: nullam aparet utrovique disparitas. Ans. patet ex dictis circa finē probationis pcedentis ꝛclusionis. Qua propter (ut sapienti

ait Magister Soto q. 3. de universalibus artic. 1. dubio 2.) sicut res dicitur cognita, quia objicitur cognitioni, ita denominatur genus, aut species, j actu, quia objicitur huic haud illi cognitioni. Urgetur: ideo p cognitionem rei denominatur cognita, quia denominatio cognoscentis, et cognitionis unice penes vocem activam, et passivam differunt, sicut avisione propter eandem rationem res denominatur visa; sed denominatio recte definientis rem, et rei recte definite; recte cognoscentis, et recte cognite unice penes vocem activam, et passivam differunt: ergo si cognitio denominat objectum formaliter cognitum, cognitio definiens objectum formaliter definitum denominabit.

Respondent Thomistae duplex esse genus cognitionis. Alia enim juxta ipsos est cognitio pure speculativa, quae nihil in objecto ponit; et haec sine interventu entis rationis denominat objectum formaliter cognitum, ut visio, et amor. Alia vero cognitio practica, et factiva, quae artificium aliquod j objecto operatur, ut cognitio artificiosa a logica regulata, qua j objectis artificium definitionis, generis, syllogismi &c. inducit, quodque in ente rationis situm est. In 1 eadem est forma denominationis active, et passive; secus vero 2: sic avisione denominatur hic formaliter videns, et objectum formaliter visum. At vero licet a cognitione reali denominetur intellectus formaliter definiens, non vero objectum formaliter definitum. Sicut ab actione edificantis, quia practica, non dicitur domus formaliter edificata; sic non denominatur ab artificio p actionem inducto: ab actione dealvandi non dicitur paries dealvatus, sed ab alvedine: unde sicut p artificii actionem solum dicitur domus causaliter, et vialiter edificata: sic p actionem practicam intellectus solum vialiter, et causaliter dici poterit res definita; formaliter vero ab ente rationis ex cognitione resultante.

Verum licet haec doctrina praecipua sit p adversa opinione propugnanda, sic multipliciter impugnatur. 1: falsum est in practicis actionibus illam regulam denominationis active, et passive vocis non valere; sic domus dicitur edificata ab actio-

ne edificantis; paries dealvatus ab actione dealvantis; ab artificio vero denominatur edificium, non edificata; ab alvedine denominatur paries alvus, non dealvatus: denominationes autem alvi, et edificii non sunt denominationes passive vocis respectu edificantis, et dealvantis; secus illa regula terreret. Sic Phisica productio, sic practica, denominat causam producentem, et effectum productum: dictamen practicum prudentiae denominat prudentiam regulantem, et objectum regulatum.

Igitur ea ē disparitas inter actiones activas, et factivas, quod actio artis factivae ex ratione factivae aliquid ab actione distinctum causare debeat, formam scilicet rebus inhaerentem; ars vero activa, qualis ē logica, nihil praeter actionem producit, j objecto: his enim quae sub actione cadunt, ut supra vidimus ex Philosopho, nihil praeter actionem fit, sed ipsa ē finis exercitium, et actio. Ex quibus sic ⓐ Thomistas: ars, quae aliquid adequate distinctum ab actione producit, ē simpliciter practica; sed logica juxta ipsos n̄ ē simpliciter practica: ḡ nihil ab actione distinctum producit j objecto: ḡ forma artificiosa objecti n̄ ē ens rationis, ut pote quid ab actione distinctum. Caetera constant, et maj probatur: ars quae aliquid adequate distinctum ab actione producit ē ars factiva; sed haec ē simpliciter practica, ut ē per se notum: ḡ. P ans; ars quae aliquid ~~ab actione~~ ab actione adequate distinctum producit, n̄ ē activa: ḡ factiva: Consequentia infertur ex adequata divisione artis j factivam, et activam. P ans: ars quae aliquid adequate distinctum ab actione producit, ē ars, j qua aliquid fit praeter actionem cujus finis, et exercitium aliud ē ab actione; sed hujusmodi ars n̄ ē activa; cum j arte, quae sub actione cadit, nihil fiat praeter actionem: ergo.

Probatur 2 conclusio ratione: hoc judicium hoc ē aal

nullum ens rationis fingit; sed hoc judicium denominat hi homo subjectum, et li aal praedicatum: ergo esse subjecti, et praedicati per nullum ens rationis constituitur. Pro maj: ens rationis per hoc, et similia judicia a Thomistis confictum est relatio, ac intrinseca inter subjectum, et praedicatum rationis distinctio; sed simile judicium nullum fingit intrinsecam distinctionem inter hominem, et aal: ergo. Pro mi: simile judicium affirmat entitatem intrinsecam animalis cum homine, ut ex terminis liquet: nequit ergo fingere intrinsecam utriusque distinctionem. Pro consequentia: illa affirmatio concipit praedicatum judicium identitatem animalis cum homine: ergo nullatenus fingit distinctionem intrinsecam ipsorum. Pro consequentia: fingere distinctionem intrinsecam inter utrumque est ipsam concipere ex parte utriusque extremi; sed implicat concipere identitatem, et simul intrinsecam utriusque extremi distinctione: ergo. Maj ex eo patet, quod ens rationis, quodcunque illud sit, unice fit juxta adversarios dum esse objective in intellectum, hoc est, dum est objectum intellectus, usque adeo dum concipitur. Pro mi: repugnat intellectum chimeram concipere; sed simultanea identitas, et intrinseca distinctio inter eandem extrema est solemnis chimera, cum una alteri repugnet: ergo.

Urgetur: logica inventa est, ut intellectus in ipso actu rationis ordinate, et sine errore procedat in praefato judicio, aliis actibus artificiosis, ut vidistis ex D. Thoma argumento primo praecedentis quaestionis: nequit ergo simile judicium cognosci aal intrinsece distinctum ab homine. Pro consequentia: cognoscere rem aliter quam est in se, non est recte concipere, sed falli; sed aal cognosci intrinsece distinctum ab homine est ipsum cognosci aliter quam est in se: ergo si logica inventa est &. Major patet ex Augustino libro 83 quaestionum quaestione 32, sic ajente: quisquis ullam rem aliter quam ea rem est intelligit, fallitur, et omnis qui fallitur, id in quo fallitur, non intelligit. Quem locum ita exponit Doctor Angelicus

„ 1 parte q. 85 a 7 in corpore: siquis intelligeret rem aliter quam
„ sit, falleretur, et non intelligeret ut arguit Augustinus; et
„ addit ibi ad 2: veritas intellectus in hoc consistit, quod intel-
„ ligatur res esse sicuti est. Pro quo mi: aal in se est intrinsece distin-
ctum ab homine, ut fatentur adversarii: ergo aa cognosci intrinse-
ce distinctum ab homine &c.

Vel aliter: actus representative disformis objecto est falsus:
veritas enim est conformitas actus cum objecto; sed praedictus ac-
tus est representative disformis objecto secundum quod ponitur ab
adversariis: ergo est falsus. Pro mi: objectum illius actus non est intrinsece
distinctum; sed potius aal intrinsece identificatum cum homine, quae
identitas in judicio affirmatur; sed praedictus actus prout ab adver-
sariis ponitur disformis est huic objecto, ut intrinsece indistin-
cto: ergo. Pro mi juxta adversarios praedictus actus representat dis-
tinctionem intrinsecam animalis ab homine, seu aal ut intrinse-
ce distinctum ab homine: ergo. Dices: praedictum actum aal rationale du-
plicem habere representationem; alia quidem directivam, et specu-
lativam, quae terminatur ad realia entis praedicati, alia secun-
dariam, et exercitam ad ens rationis terminata: atque adeo
praedictum judicium identitatem animalis, cum homine signate re-
praesentatur; sicque rectum evadere: at vero exercite facere,
et representare distinctionem animalis ab homine; quia pro-
ut sic objiciuntur homo, et aal ut unum, et aliud. sed quia haec
distinctio non affirmatur per praefatum judicium, ideo falsum non est.

Sed (a) est: quod intrinseca distinctio animalis ab homine prae-
cisse exercite cognoscatur non obficit quominus proprie cog-
noscatur, representetur, et intellectui objiciatur; sed hoc repu-
gnat veritati praedicti judicii: ergo si praedictum judicium attinguit
licet exercite, distinctionem intrinsecam animalis ab homine, erit
falsum. Maior ex eo constat, quod hujusmodi distinctio est ens ratio-
nis fictum; ens autem rationis solum fit, et habet esse dum intellectui
objicitur, ut ex ipsius definitionibus constat. Minor Pro implicat
aal vere, et proprie cognosci cum praedicato sibi convenienti, et cum

judicatio ibi repugnantia, sicut implicat hominem vere cognosci ut rationale, et simul ut quadrupedem, ita implicat, quod cognoscatur identitas animalis et hominis, et simul intrinseca ratiusque distinctio; et sic praedicata ipsi conveniens, secunda vero repugnantia. Ita patet ex D. Thoma, ut ratio videbatur, et consequentia inferta.

In idem recidit alia adversariorum volutio gentis, enuntiationes mentales non esse falsas, quia licet judicia, similibusque judicia, compleantur res aliter quam sit, fingendo nempe ens rationis, seu quatenus cognoscitur intrinseca inter extrema distinctio, hanc ens non cognoscere judicative, sed apprehensive; falsitas autem cognitionis in solo apprehensione, sed judicio, quatenus de objecto apprehenso affirmat aliquid, quod ipsi non competit: quod solum fit dum judicative cognoscitur.

Sed contra: quia falsa est apprehensio, ut apprehendit res ex aliquo ibi repugnante: haec in apprehensio animal rationale quadrupes, falsa est, ut ait divus Thomas 4 p q 17 a 3 licet non solum apprehensive cognoscatur ratio animalis ex distinctione rationis intrinseca ab homine, falso cognoscitur, et apprehenditur falsitas illius judicii, nempe animal differre ab homine: haec habet tendentia: hoc intrinsece distinctum animali est intrinsece animal intrinsece distans ab homine, sed hoc apprehensive cognitus ut intrinsece distans ab animali, est animal, quod tendentia intrinsece distans ab homine; sed sub hac tendentia practico judicii est falsa; affirmat enim intrinsecam identitatem inter ea quae apprehendit intellectus intrinsece distincta; sicut falso affirmamus infinitudinem de Deo apprehenso, ut finito: et praedicta judicia falsa, in quibus hoc: repugnat, quod hoc verum dicit magnam discrepantiam intellectus ne erret, intellectus dirigat, ut se aliter quis cognoscat, ut fallatur, et erret: sed ad hoc dirigenda forma entis rationis dirigendo: et haec ut fictio, et error intellectus: et ad praedicta forma non dirigit.

Respondent: hac figmenta valde talia esse, ut meliori cognacantur objecta. Intellectus in humanis objectis imbecillitatem apprehendit ut distincta, quae vere indistincta sunt, et fundamento accepto, ob nimiam imbecillitatem nimiam, et aliquam perfectionem, apprehendit unum, quia revera plura sunt: hoc autem non

fingere, nec errare; sed errare ē gradi, et vine fundamento ꝺi
gere. Ⅱn cuius fauore aponunt exemply ꝺ coppicilibus; quod li-
cet obiecta repreſentet vel nagora, vel propinquora, quę vine ꝺe-
ſiderare ēn poſſe viriosa auxilij preſtant, nulla claritatē modo pre-
cipiat. — Sed @ ē: fundamenty ad errorę erroręq non tollē:
ſic quē teſtimonio alicuius viri prudentis a recta via ꝺeclinet, er-
rat; ſed quę ꝺ alter quam ē ꝺ ſe cognoscibile, errat, ut exēplū
quotiano nouer vidimus: ꝺ licet ex fundamento, error exat ꝺ intel-
lectu informatione entis rationis, ad quod necesse ē, cognoscere
ꝺ alter, quam ē ꝺ ſe. — Deinde: virtus ſpecula grandescat
obiecta, nequit ēt medijs, nequit recte ꝺiudicet de obiecti magni-
tudine, ſed tanty de figura, ꝺ qua nulla repreſentatur alter
ꝺ: ꝺ quod ens rationis intrinsece ꝺs linquat obiecta, nequit
ēt medijs ut intellectus recte ꝺiudicet de obiecti ꝺenominatiue, ſicut
ꝺiudicat ꝺ propoſitione affirmatiua.

Soluuntur Argumenta 1ius 3ius.

Arguit ꝺ ex D. Thoma 4 Metaphiſicę lectione 4 ꝺicens:
ens ē duplex, ens ſcilicet rationis, et ens naturę. Ens autē ratio-
nis ꝺicitur propriē de illis intentionibus, quas ratio adinuenit
ꝺ rebus conſiderabꝫ, sicut intentio generis, ſpeciei, et ſimilium quę
quidē ꝫ inueniuntur ꝺ rerum natura, ſed conſiderationē rationis re-
quirunt. Et huiusmodi ſcilicet ens rationis ē obiectū Logicę. Si-
ne ꝺ Eminentiſſimo Cardinali noſtro ſpondeat, ꝺ.
Thomę non de ente rationis pure obiectiue loquit, ſed de obiectiue
denominatiue, @ conſequenter Thomiſtę: Sanctus Doctor loqui-
tur de illis intentionibus, quas ratio adinuenit ꝺē, fingit (dicunt
illi) ꝺ rebus conſiderabꝫ; actus vō intellectus ꝫ inueniuntur ꝺ rebus
conſiderabꝫ, ſed ꝺ intellectu conſiderante. — Ⅱtē: intentiones illę non
inueniuntur ꝺ rerum natura; ſed ens rationis obiectiue, et denomina-
tiue ꝺ rerum natura inueniuntur, ut patet ens rationis: ꝺ ꝫ logicis in-

gelicus Magister de ente rationis subjectivo, aut denominativo, sed de pure objectivo. — Denique: hujusmodi intentiones consideratione rationis consequuntur, sed ens rationis subjectivum consideratione rationis non consequitur, cum sit ipsa rationis consideratio: alias se ipsum consequeretur: ergo idem quod prius.

Hoc Illustrissimus Palanco: sed nihilominus expositam solutionem non enervant: ergo D. Thomas, in allato testimonio realem dividit in ens naturae, quod scilicet amplectitur res secundum esse Phisicum, et omnino ab intellectu independens, ut Coelum terram, Solem &c.; et in ens rationis objectivum ab intellectu, seu ratione factum, atque hoc vocat ens rationis, negatque in rerum natura inveniri; esse vero objectum logicae asserit: siquidem per actus rationis constituuntur ille 2 intentionis generis, speciei, definiti praedicati &c. Licet tamen hujusmodi intentiones, sicut et quelibet alia forma denominans objectum artificiose cognitum, non inveniantur nec dabiles sint in rerum natura antequam res intellectus cognoscat; inveniuntur tamen in ipsis posteaquam, vel dum cognitae sunt; inveniuntur inquam, per cognitionem reflexam, qua cognoscitur aliquid vel fuisse cognitum sine rationali per cognitionem directam, ac subinde per illam genus esse factum; non secus ac statuam recenter factam reflexe considerans, caput adinvenit, manus, pes &c.

Quare intentiones hujusmodi non inveniuntur in rerum natura, seu in rebus extra animam, sed solum in ratione, seu in ipsis rebus intra intellectum positis, sive jam cognitis. At denique intentiones iste considerationem rationis consequuntur, non consequutione Phisica, ut fructus arborem, sed logicam; nam hujusmodi intentiones prout sic accepte sunt denominationes extrinsece objecti, atque effectus formalis cognitionis directe, ex qua quasi resultant, non secus ac denominationes visi, amati, et cogniti ex cognitione amare, et visione. — Si dicas: ergo pariter dici poterit, intellectum, et voluntatem, in rerum natura non inveniri, qui unice intra animam subjective inveniuntur. Nego consequentiam, quia in frasi D. Thomae ens naturae, seu ens extra animam non quilibet enti in anima existenti contraponitur, sed unice illi, qui habet cogno-

mentis rationis, eo quod sit opus rationis sub munere sibi proprio, et particulari, nec aliis pōis communis seu prout j objectis quodlibet intellectus sese repraesentative transformantis, juxta illud, intellectus intelligendo fit omnia.

Sed quia Thomistae sub expressione entis rationis suis ficti vivide expressis, imo et palpabile se praebere, credunt, audiant D. Thomam opusc. 56 solis actibus intellectus hoc nomen tribuentes: cum dicitur, inquit, res subjecta 2 intentioni praedicatur, n̄ ē intelligendum quod res illa ita sit subjecta intentioni, quod sit j ea tanq̄ accidens j subjecto; sicut subjectum scientiae n̄ dicitur hoc modo subjectum, ut scientia sit j eo tanq̄ j subjecto, sed j eo tanq̄ j objecto; scientia tn̄ non ē inscivile, sed j sciente: unde proprie loquendo n̄ dicitur subjectum, sed objectum scientiae. Et similiter res subjecta illi intentioni n̄ dicitur proprie subjecta, sed objecta. Ex quibus clare constat, D. Angelicus nomen intentionis rationis soli j cognitioni, quae j animo ē tanq̄ j subjecto, et j re tanq̄ j objecto, tribuere; atq̄ adeo juxta ipsum res subjecta 2 intentioni n̄ dicitur proprie subjecta, sed objecta, quia intentio n̄ ē j ipsa tanq̄ accidens j subjecto; sed ens rationis fictum, seu pure objectivum ē j re cognita tanq̄ accidens j subjecto, quia Thomistae illum fingunt ad modum formae, rei, quam informat, intrinsece inhaerentis, non secus ac forma domus ē intrinseca domui.

Fateor tn̄, praedictum opusculum inter incerta D. Thomae opera a pluribus computari. Sed nequis forsan illi ut incerto decidat, eandem doctrinam ex mente S. Doctoris firmatam aliis j locis inveniet, videlicet 1 p. q. 85 a. 2 ad 2: nec n̄ j primum distinctione 2 q. 1 a. 3 j corpore, ubi § quantum ad primum cum docuisset, quod rāo rei ē ipsa rei definitio (quae absque dubio intentionem generis, et differentiae includit) monet, quod rāo, vel intentio, quam significat nomen rationis, n̄ j re extra animam, sed ē j anima tanq̄ j subjecto. Et primo Ca gentes cap. 58 ita loquitur: propositionis per intellectum componentem, et dividentem, formata compositio j ipso intellectu existit, n̄ j

„ne, quæ extra animã. Hujusmodi vero ꝓpositionẽ infert vocat compositionẽ rationis, non quatenus per ꝓpositionẽ rationis significatur compositio ficta, aut ens rationis ficty, sed ꝓpositio realis intellectu facta; ſ̃ giro manens, ut bene notat ꝑ ſ̃ discipulus, et comentator Fernandus in tota celebr; ſ̃ hujus„modi loci exꝓpositione his verbis: per ꝓpositionẽ rationis „non intelligit S. thomas compositionẽ, quæ sit ens rationis, „ut ens rationis distinguitur ꝯ ens reale; sed compositi„onẽ, et concepty complexy formaty per intellectu rationis, „quæ ẽ ens reale, distincty tñ ꝯ ens naturale, quod extra „intellectu per ipsy representatur. Hæc Fernandus exquibus clare constat, ꝓpositionẽ, seu enunciatiy, ꝓpositionis, quæ extra dubiy ẽ uny ex artefactis logicalibus, nõ ẽe ens rationis pure objectiy qualitercunq; consequtur athos, sed ens reale subjectiy intentionale. Videas nunc, nunc vel equalis, vel potiori jure, quã Dominicanã, et sequaces tanto patrono ꝙsentiamur.

Ad 2: forma modi essendi objectivi ẽ forma rei entitatiue dispones, seu forma constitutiva artefacti logicalis; sed forma hæc nõ ẽ quid reale, sed rationis: ꝯ forma modi essendi objectivi ẽ ens rationis. Ad ꝓbationẽ patet, et mi: forma rei entitatiue disponens nullu habet eẽ ſ̃ rem nãm: ꝯ ſ̃ añs: forma hæc ẽ illa, in cujus parte illegitime categoricæ disponuntur ſ̃ modi subjecti, et predicati, maioris, et minoris extremitatis; sed hæc forma nullu habet eẽ in rem nãm, cũ nulla res sit ex se subjecty, et predicaty major, aut mi extremitas: ꝯ — Confirmatr: genus ut tale constituitur formaliter per relationẽ ad species; sed hæc relatio nõ ẽ ens reale, sed rationis: ꝯ forma constitutiva generis nõ ẽ ens reale, sed rationis. ſ̃ mi: illa relatio constituit genus v.g. universalis, et superioris ad hominem, et leonẽ; sed aperte rei ãal nõ ẽ superius, nec universale respectu hominis, et leonis: ꝯ hujusmodi relatio nõ ẽ reale, sed rationis. Minor ex eo patet, quod ãal aparte rei

identificetur cum homine, et Leone = 2 j hoc judicio hoc est
aal subjectum, et praedicatum referuntur ad invicem, atque inter se
distinguuntur; sed haec rellatio, et distinctio nequit esse re-
alis: ergo rationis. Minor patet cum dabilis non sit realis distin-
ctio inter extrema realiter identificata.

Ad argumentum concessa maj, dist mi: haec forma non est quid
reale, sed rationis subjectivum, et denominativum, concedo mi;
pure objectivum, nego mi. Ad probationem nullum habet esse j
rerum naa, forma res artificiose disponens extra animam,
et independenter ab intellectu concedo ans; nullum habet esse
intentionale, et post operationem intellectus non ans, et con-
sequentiam. Ad sequentem probationem concessa maj distingue
similiter mi: in vivitam autem probationem concede, si de re reali, et
extra animam loquatur, nega vo si de cognitione reali objectum
denominante sit sermo. forma igitur res artificiose dispo-
nens, seu tres sillogismi terminos v.g. j ratione medii, at-
que extremitatis maioris, et minoris constituens est ipse actus in-
tellectus illos praedicans, et subjiciens: esse namque medium sillogi-
smi est esse j praemissis conjunctum, tum ut subjectum, tum ut praedicatum
cum terminis, qui in conclusione reperiuntur; esse autem extremum
est esse simul in praemissis, et conclusione subjectum, vel praedicatum.
At denominationes hujusmodi dependent formaliter a cogni-
tione subjicientem, vel praedicantem, sicut denominatio cogniti
a cognitione; quare ab eadem etiam dependet quidquid respectu
rationis est subjectum inter, et praedicatum, medium et extremitas.

Ad confirmationem concessa dist mi: haec rellatio non est realis,
sed rellatio rationis extrinseca, concedo mi; intrinseca nego mi,
et consequentiam: similiter etiam mi probativam distingue: aal
non est superius a parte rei, hoc est, ante operationem intellectus et
extra animam, concedo mi; intra animam, et independenter ab
intellectus operatione, nego mi, et consequentiam. Animal v.g. con-
stituitur rellatum, et superius ad species per id, per quod con-

lituitur unum, et universale; hoc vero unitas, et universalitas
ē ipsa cognitio praecisiva repraesentans aāl n̄ cognoscen-
de differentiis, seu de pluralitate, quae ē a parte rei; hoc vero
aāl sine pluralitate cognitum apparet expressum ut unum, et prout
sic manet indiferens, ut de homine, Leone &c praedicetur, in
quo sita ejus superioritas, et universalitas ÷ At vero quia
adversarii hanc doctrinam egre ferunt, ac si ea eorum fictio
nes esset conficta, a Doctore Angelico opusc 56 eam acci-
„ piant. Universale, inquit, ē unum j cognitione: et quia res per
„ idem ē ens, et unum, et econverso, oportet, quod universale situ-
„ versale p praedictam unitatem; ita quod naturae talis cognitio fa-
„ cit universale ēē j actu universale, et ē quodnam formale
„ in universale:: ē igitur universale unum unitate cognitionis,
„ ita quod de ratione universalis n̄ requiritur nisi illa uni-
„ tas rationalis; et propter dicit Aristoteles, quod ē unum in
„ multis scilicet cognitum. Videamus nos cum D. Thoma asserentes,
cognitionem ēē formam generis, universalis, et unicus.

Ad 2 confirmationem similiter dic, rellationem, et distinctionem
praedicati a subjecto ēē rationis extrinsece ipsa denomina-
ntis rellata, atque distincta, quae denominatio ex eo provenit;
quod etiamsi cognitio aāl de homine affirmans identitatem utriusque
signate repraesentet, tendit tn̄ modo compositivo, et distin-
ctivo, utendo scilicet distinctis expressionibus, quasque veluti ne-
citit, comparando unum cum alio; et ideo ipsa denominat exercite
distincta, et rellata, distinctionem, atque rellationem rationis in
cognitione consistentibus ÷ Si dices: cognitio, qua cognos-
citur aāl praecisive a differentiis, non attingit se ipsam; sed
hujusmodi cognitio attingit formam generis: ergo ipsa n̄ ē forma
generis. Maj conceditur, et mi P: praedicta cognitio attingit aāl
ut cunque, et ut genus: ergo cognoscit ex parte animalis ēē generis,
et unitatem, quae ipsius ē forma. P ans: cognitio illa utpote lo-
gicae artificiosa attingit aāl ut logicae artificiosum; sed aāl est
logicae artificiosum per formam artificiosam, unitatem scilicet: ergo pra-

dicta cognitio attingit aal, ut uny, et ut genus. Aliter: illa cognitio repraesentat aal ut genus, et ut uny: g. ee genus et uny e repraesentative, cognitione; sed quod e repraesentative in cognitione, et objective, re cognita: g. praedicta cognitio attingit aal ut uny, et ut genus.

Pro hory solutione nota: quod per cognitionem directam, qua cognoscitur aal praecisive ab eo, quod cognoscatur rationale vel irrationale, unice attingitur vis, seu principium sentiendi, praecisive ab eo, quod, re sit una, vel multiplex, haec autem cognitio accepta soly repraesentat praedictam vim habet pro objecto signane cognito, ipsamque denominat praecisam, et consequenter unam. Hoc vero ee praecisi, et unius non cognoscitur nisi per cognitionem reflexam, a qua invenitur, aal fuisse praecisum, factumque genus, uny, et universale per cognitionem directam, qua sola animalitas repraesentatur. Sic dum per cognitionem objectum cognoscitur, non cognoscitur ipsa cognitio, neque cognoscitur objectum ea cognitum; sed hoc fit per cognitionem reflexam. Sicut g. haec propositio, cognitio cognoscens objectum cognoscit objectum ut cognitum, e falsa; sic etiam haec, cognitio praecisive cognoscens aal, cognoscit aal ut praecisum; cognitio faciens aal genus cognoscit aal ut genus, falsa e.

Igitur falsum e, quod directa cognitio aal v.g. naturam ut unam, vel genericam sive ut genus concipiat; non m recipit ex parte animalis, ad quod directe tendit, nisi puram vim sentiendi, praescindendo ab eo, quod, re sit una, vel multiplex: caeterum sic praecesive praedictam naturam concipiendo, illam exercite constituit, atque denominat unam genericam seu genus.

Cognoscit quidem intellectus unitatem, et cetera constitutiva generis ut talis, at non per cognitionem directam, sed per reflexam; non per conceptum aal. (qui est forma generis) sed per conceptum genus, qui ut docet D. Thomas, reflexus est, et fertur in rem ut intellectam, sive ut jam conceptam conceptu aal aut simili. Imo Doctor ipse loquitur q 7 de poa a 6 in corpore, ubi inter alia docet, quod rationes attributorum Dei (in quibus consistit formalis pluralitas, vel distinctio rationis attributorum, qua juxta Thomistas est ens rationis) sequuntur conceptiones intellectus. Et „tamen quin obstet li sequuntur, inquit inferius, et sic omnes ratio„nes sunt quidem in intellectu nostro sicut in objecto, sed in Deo sunt „tanquam in radice verificante has conceptiones.

Ibidem nihil est, inquit in rebus, quae sunt extra animam, „cuius similitudo sit ratio generis, vel speciei: nec tamen intellec„tus est falsus; quia ea quorum sunt istae rationes, scilicet genus „et species, non attribuit rebus secundum quod sunt extra ani„mam, sed solum secundum quod sunt in intellectu: ex hoc enim, quod „intellectus in se ipsum reflectitur, sicut intelligit res existen„tiae extra animam, ita intelligit, eas esse intellectas. Et sic sicut „est quedam conceptio intellectus, vel ratio, cui respondet res ip„sa, quae est extra animam, ita est quedam conceptio, vel ratio, cui res„pondet res intellecta secundum quod hujusmodi: sicut ratio „hominis, vel conceptioni hominis respondet respondet res ex„tra animam; rationi vero, vel conceptioni generis, aut speciei „respondet res intellecta. Haec nisi fallor, assertum nostrum expresse confirmant explicant, atque argumentum dissolvunt. Unde ad ipsum in forma concessa majori, nego mi: ad hujus probationem nego ant ejusque maj probativam. Quia juxta dicta esse generis non cognoscitur per cognitionem tendentem ad animal

præcisive ad differentiis; sed per reflexam cognitionem tendentem ad aal, ut præcognitum, et præcisum per l cognitionem. Similiter ad secundum, dum dicunt adversarii, quod ee generis se habet ex parte animalis, et in cognitione tantum repræsentative, concede de cognitione reflexa, et ejus objecto, quod e concretum resultans ex natura animalis, et ex l cognitione præcisiva; sed nega de cognitione directa, et ejus objecto.

Sed insurges Eminentissimus Noster Cardinalis de Aguirre: Logica attingit signate, et ut quod formam suorum artefactorum; sed cognitio artificiosa non attingit se ipsam signate, et ut quod: ergo forma artefacti logici non consistit in hujusmodi cognitione. Sed hæc replica tanti magistri venia inconsequentiæ arguit Thomas post ipsum, qui ne actus judicii, et quivis alius artefactum logicale construens falsus evadat, asserunt, per ipsum non attingi signate, et ut quod, sed tantum exercite, et ut quo formam artificiosam: hic vero contrarium intendunt: ergo nego consequentiam. Itaque logica attingit per proprios actus, qui sunt ipsius regulæ, vel per cognitionem reflexam formam artificiosam signate, et ut quod; non vero attingit signate formam artificiosam per cognitionem definitive attingentem hominem v.g. hic enim actus non e regula, sed objectum formale regulæ.

Arguer 3; vel potius indicta replicabis: actus judicii referentis aal ut prædicatum ad hominem v.g. ut subjectum, e repræsentative disconformis objecto: ergo concipit in objecto, quod revera ipsi non competit, et consequenter fingit. Consequentia infertur, et ans probatur: talis actus repræsentat objectum aliter ac e in se: ergo e disconformis objecto. Pro ans aal ut e in se non e prædicatum, nec hoo subjectum

q actus repraesentans aal ut praedicatum, et hominem ut subjectum, repraesentat objectum aliter ac e j se. Ad argumentum nego ans. Ad probationem dist ans: repraesentat objectum aliter ac est j se, praecisive extrinsece, et ex parte actus concedo ans: aliter ac e j se positive intrinsece et ex parte objecti, nego ans, et consequentiam. Igitur autus iste, hoo e aal signatetendit ad naturam animalis, quam identificari, asserit, cum homine, quamque ex parte objecti repraesentat; atque adeo e repraesentative conformis objecto, quia revera aal cum homine identificatur; qua propter quod positive ex parte objecti attingit, vere intrinsece objecto convenit: unde n attingit hujusmodi objectum aliter ac e j se, alietate se tenente intrinsece ex parte objecti, qualiter adversarii opinantur; allias ille actus esset falsus, uti ex Augustino, et D. Thoma interprobandam assentionem vidimus.

Sed quia intellectus circa illud objectum duplici utitur apraehensione, ideo hoo prout terminus unius apraehensionis intentionaliter ab animali distinguitur, prout e alterius terminus. Apraehensio haec aal e praecisiva, quatenus animal attingit nihil cogitando de homine; atque adeo ipsa met denominat aal praecisive cognitum sine homine, et prout sic ab homine distinctum: quapropter tota alietas animalis ab homine se habet ex parte cognitionis. Intellectus m
„ ait D. Thomas opusculo 70. q. 5. a. 3. per 1 operationem dis-
„ tingit unum ab alio, dum intelligit quod e hoc, nihil intelli-
„ gendo de alio, neque quod sit cum eo, neque quod sit ab eo
„ separatum:: haec autem distinctio recte dicitur abstractio, sed

„ty tanty quando ea, quory uny sine alio intelligitur, sunt
„simul secundy rę. Ex quibus habes, quod distinctio rationis
ē pure extrinseca, atque adeo non pugnat cy objecti identita-
te.

Judicium ḡ prædicty suponit vel formaliter, vel virtuali-
ter duas aprehensiones hōō aāl, et per eas objecty intentio-
naliter distinty, seu uny, et aliud; quæ dualitas, et distinctio
ē objecto extrinseca; ty vō judiciy superveniens attribuit ob-
jecty unius aprehensionis objecto alterius realę utriusq identi-
tatę directe, et asertive significando: atq hoc modo dicitur
affirmare uny de alio denominando extrinsece uny subjec-
ty, et aliud prædicaty: quæ denominationes etiā si n̄ sint in
re extra animā, sunt tn̄ j re intra intellecty. Et insta ad-
versarios j denominatione cogniti hoc, vel simili modo: que-
libet res ē cognita a divino intellectu; sed res j se, et ex
se non ē cognita: ḡ Deus cognoscit rem aliter ac ē j se.

Sed insurgit Palanco: actus intellectus distinguens objecta
realiter identificata a parte rei, ē saltim aprehensive objectis re-
præsentantis disconformes; præterequè intellectui divino nega-
mus illy mody repræsentandi; atque etiam quod possit facere
genus, vel universale, subjecty, aut prædicaty; quia ille modus cog-
noscendi disconformitatę cy objecto in repræsentando importat,
non soly ex parte actus; cy hæc repræsentatio de Deo non repug-
net; cy spiritualiter, et in corporeo cognoscit rę corporeę, materi-
alę, et finitę: ḡ ex parte objecti: ḡ modus comparativus repræ-
sentandi j judicio nostro necessario importat disconformita-
tę cy rebus. — Nego asupty, et causalę probationis. Deo m̄

non repugnat modus concipiendi nostro simili, dum rem cognoscimus sicuti est; sed quia noster modus concipiendi, utpote praecisivus, et inadequatus ex parte actus, imperfectionem involvit ab intellectu divino alliena, qui unico intuitu rem comprehensive cognoscit. Allietas ergo ex parte actus dum imperfectionem sapit, qualiter accidit praecisioni, et distinctioni, Deo repugnat; allietas vero ex parte actus, dum perfectionem in cognoscendo involvit, qualis est infinitudo, et spiritualitas, Deo non repugnat, quinimo necessario congruit.

